



Q

ex
pe

(1)

In



PAVLI ANTONII,
SS. THEOL. D. ET P. P.

DISQVISITIO

DE

QUALITATE
FVNDAMENTORVM,

ex quibus *Pontificii* ipsis PRINCIPIBVS
persuadere vulgo nituntur *Professionem fi-*
dei Tridentinae; postulata simul eju-
ratione Lutheranae, quam vocant,
sectae.

occasione scripti anonymi:

(Ursachen/warumb der Durchl.
N. N. Catholisch worden.)

anno M. DC. XCVII. divulgati,

In alma Fridericiana d. XVIII. April. M. DC. XCIIIX. publice primum proposita.



EDITIO VLTIMA.

HALAE MAGD. Typis CHRIST. HENCKELII, Acad. Typ.
A, MDCCXIV.

Luc. XVII, 20. sq. 33.

(Vulg.) Interrogatus autem (JESUS) a Pharisæis: Quando venit *regnum DEI*? respondens eis dixit: Non venit *regnum DEI* cum observatione: Neque dicent: Ecce, *hic*, aut, Ecce, *illic*. Ecce enim *regnum DEI* *intra* vos est. Et ait ad *discipulos suos*: Venient dies, quando desideretis videre vnum diem Filii hominis, & non videbitis. Et dicent vobis: Ecce, *hic*, & ecce, *illic*. Nolite ire, neque *SECRETUMINI*. Quicumque quæsierit *animam* suam *saluam* facere, perdet illam: & quicumque perdidit illam, *uiuificabit* eam.

I. Cor. II, 4. 5.

Non in *persuasibilibus* humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione Spiritus & virtutis: vt *fides vestra* non sit in sapientia *hominum*, sed in virtute *DEI*.



05 H 635



I. N. I.

S. I.



Onstat scheda anonymi, quæ edita est sub finem anni M.DC.XCVII. variisque in locis eo tempore sparfa, præfamine ad Lectorem, & catalogo XII. fundamentorum (zwoëff Grund, Vesten der Cathol. Warheit.)

Præfamen tam plenum est atra bile, & nocendi libidine, ac indecoris saltem insultationibus, ut id suis etiam, qui æquiores fuerint ac benigniores, Principibusque maxime, quos in scenam quasi producit, displiciturum omnino confidamus.

In ipsa recensione XII. caussarum nihil quidem est, ad quod non multoties olim responsum fuerit, quantum oportuit. Fecit vero *Maximi Principis* nomen, mihi peculiariter ex diuina prouidentia sacrum carumque (רחמי יהוה עלי) quo abutitur anonymus: fecit bonorum voluntas atque desiderium, ut susceperim tandem aliquod respondendi negotium. Non, quod vere Christianis, ubicunque hi sunt, adhuc opus adeo sit scripto nostro apologetico: nedum, quod intendam, sectæ quasi nostræ, ut videri quibusdam posset, feruire quomodocunque velle: sive, quod sperem, multo maiorem fructum me apud adversarios reportaturum, quam reportarunt illi, qui ante me Spartam hanc adgressi sunt. Sed permouerunt me iustæ rationes, æque peculiare, quas iam

A 2

in-

innui: quodque, re adhuc recenti, non plane desperem de aliquo inter ipsos hostes fructu.

§. II. Parcimus tamen exprimere tanti Principis nomen: vtut exprimere hoc, eoque turbam facere, non dubitauit aduersarius; quia nullo modo verisimile est, verba schædæ esse vel verba vel mentem *ipsius Principis*; quam saltem referre videri vult anonymus. Quis enim rerum gnarus (cætera vt taceamus, vnico iam exemplo habentes satis) ipsi tribuat *Principi*, quæ leguntur ad finem *octavi fundamenti*? *Inmassen*, inquit, auch diese Secte bis auf diesen Tag her keinen erweißlichen Heiligen herfürgebracht. Sane sectæ nulli acceptum referri debet, quum sanctus quis euadit: *nullum* vero inter nos, qui verbis hîcæ pungimur, fuisse vel esse sanctum, vel sanctum euadere posse ex *doctrina* nostra; id quidem est, quod ex propria scientia *Princeps Maximus* promptissime negauerit. Sed ad alia istius commatis respondebimus infra §. XXVI. XXVII. XXIX.

Nec ita pridem venit in manus nostras libellus, qui inscribitur: *Wahres Cathol. Glaubens-Bekänntniß, so ein großer Fürst zu Steuer der 3. Wahrheit, und seinen lieben getreuen Untersassen zur Nach- und Unterricht, setzen lassen.* Cuius libelli auctor non minus eundem ibi loquentem facit *Principem*, quem noster anonymus. Neque vero minus dubium adhuc incertumque est, an libellus iste voluntate atque mandato & dextera Principali in publicum exierit.

Sed ecce, Lector Christiane, dum recudendam primum typographo dedimus disquisitionem nostram Academicam, incidimus opportune in scriptū vetustius, ex quo anonymus noster XII. sua *fundamenta*, immo maximam partem *Prefationis* sui, tantū non syllabatim, & ad singula verba, *exscripsisse* deprehenditur. Leguntur ista in *muris Ciuitatis S. oder Cathol. XII. Grund. Vesten, des Durchl. S. und 3. Wolfgang Wilhelm, Pfalz. Grafens am Rhein, Herzogē in Bayern* &c. von J. S. D. Selber mit kurzen Worten verfasst, Ingolstadt A. M. DC. XV. Germanice descriptis a Conrado Vettero, S. I.

S. I. Latine propugnatis ab alio Iesuita, Iacobo Reihingio; qui tamen ipse paulo post descivit a Pontificiis: quam ipsam in rem conferri potest Balthasar Meisnerus in *thesibus*, quas *muris* tum opposuit, item in *depulsione excubiaram Jac. Reihingii pro muris*, aliisque scriptis, etiam Germanicis.

In prima quidem editione responsi nostri, post Meisnerum ita repetiti, nihil plane de tam indigna suppositione nobis erat exploratum vel cognitum: postquam tamen explorauimus; nihil ejusmodi inquirentes, aut etiam facile præsumentes: mutanda utique nonnulla fuerunt, præter pauca ea, quæ iure nostro in præsentē editione addidimus.

Iam in præfamine anonymus noster mentionem fecerat Wolfgangi Wilhelmi, Principis Palatini ad Rhenum: sed inde non poteram præsumere, schedam hanc fuisse exscriptam, quia ibidem quoque mentio fit Christianæ Reginae Sueciæ, Augusti Sulzbacensis, Iacobi II. Regis Angliæ.

De aliis schedis, quæ circa recentius exemplum nostrum versantur, & in manus nostras forte quadam venerunt, ad finem quoddam velut *spicilegium* dabimus.

S. III. Quando itaque sic agitur luditurque nomine *Principum*, in fraudem *tranquillitatis publicæ*: in nos nullo modo recipimus, vt in posterum litem ingredi, & concertare cum quibusuis velimus, nedum vt fas esse existimemus, disputationibus immiscere, quæ stricte ad alterius spectant conscientiam. Nemo proinde a nobis, nunc vel vnquam, expectet singulares circumstantias historicas, quibus quidem, ceu nouis, & arcanis quasi, subinde premimur & exagitamur ab aduersariis. Fundamenta simpliciter ponderabimus, vt leguntur hoc loco & repetuntur, nihil nisi ipsam rem spectantes, speque aliqua iuuandi ex vtraque parte conscientias.

Prænotatam quidem exscriptionem nemo prudens adprobauerit, omnium minime ipse *Princeps*. Speciem enim deceptionis publicæ præ se fert talis compilatio. Malim tamen auctorem, qui quis sit nescio prorsus, nec resciscere stui

Iob. XVI,
2, 3.

Iuda v. 22. **dui** aut studebo, relinquere Deo, qui novit solus plenissime, vtrum is ex mera *ratione status Clericalis*, an ex persuasione fecerit *erroneæ*, quam vocant, *conscientiæ*, an ex suggestione alterius,

De cætero optamus ipsi toto pectore, atque obsecramus etiam, ne quicquam ideo prætermittant subditi in vlllo ordine, quod ad subditorum pertinet officium. Fecerint id quam optime, si contrito corde, vna nobiscum, recte didicerint *Deo reddere, quæ Dei sunt.* Quod si autem porro contempserimus nutus diuinos his diebus nostris, nec intelligere velimus recens tempus visitationis nostræ: proh dolor! actum de nobis fuerit. Cessent tandem, quæsumus, fidelium pastorum oppressiones, cesset sacramentorum foeda prostitutio, cesset profanum patrocinium leuitatis ac vitæ voluptuariæ, finem tandem habeat pertinax omne supercilium, inuidia, iniustitia, hypocrisis, elenchi impatientia, obtrusio sectæ suæ; & quicquid mali asperioris materia vbique locorum est.

Luc. XIX.

44-47.27.

Regat nos & lecturos omnes Deus, qui solus arbiter est controuersiarum summus, qui solus corda penetrat, omniumque interna perspicit, sancto suo Spiritu! ipse aperiat miseris oculos, vt in diuinis diuine versentur, ac ab amore & errore mundi liberentur per benignissimum ac mitissimum Dominum nostrum Christum Iesum! Amen!

§. IV. Ut igitur ordiamur a summa totius schedæ, reponit Anonymus fundamenta XII. *Zwölff Grundvesten der Catholischen Wahrheit*, quorum

- (1) Primum nititur quæstione *facti*. dicit enim, multa *affingi* doctrinæ ipsorum a nostratibus.
- (2) Petikum est ab *Auctoritate & Magisterio* Rom. Eccl. circa interpretationem Scripturæ.
- (3) ab *ordinaria & insigni* successione Pastorum R. E.
- (4) a PRIMATU & Præeminentia Petri.
- (5) a successione tali in cathedra Petri vsque ad præsentem Rom. Pontif.

(6) ab AVCTORITATE & consensu conciliorum circa Primatum R. P.

(7) a consensu Patrum *in hac ipsa materia.*

(8) a multitudine Sanctorum in R. E.

(9) ab incomparabili NVMERO Ciuium R. E.

(10) ab eorundem concordia *sub Rom. capite.*

(11. 12.) Loco fundamentorum sequitur Conclusio, qua concluditur ad *submissionis* necessitatem.

§. V. Ex qua fideliter data analyfi, quasi e summa, iudicet Christianus Lector de *Qualitate* fundamentorum (sive illa conjunctim attendantur, sive singula seorsim expendantur) quid valeant *intra conscientias*, in causa, quæ ad *Deum* pertinet; iudicet denique de qualitate *submissionis* ipsius, quæ exigitur ex præmissis fundamentis.

Ne tamen præoccupare vllum velle videamur, iudicium *de natura ac indole eiusmodi persuasionum* candido cuique permittimus; accessuri statim ad breue singulorum fundamentorum examen. nisi quod prænotandum, idque necessario, Pontificios persuasum his ire *talem* fidem ac obedientiam, *extra quam nemo saluus esse possit.* Sic enim habet *Professio fidei* Tridentinæ, recensitis *articulis* atque *anathematis*: *S. Cath. & Apost. R. E. omnium Ecclesiarum Matrem & Magistram agnosco*, R. que Pontifici, B. Petri Apostolorum Principis successori ac I. C. Vicario, veram obedientiam spondeo, ac iuro, simulque contraria omnia, atque hærefes quascunque, ab Ecclesia damnatas, reiectas & anathematizatas, ego pariter *damno, reiicio & anathematizo.* Hanc veram Catholicam fidem, *extra quam nemo saluus esse potest*, quam in præsentibus &c. Legatur post alios quam plurimos illustris Actus Bambergensis d. 1. Maji. A. *verus status* 1707. Atque hinc elucescit *verus status questionis*, ne controuersuquam dissimulandus. Quæritur nempe, quid valeant *scilicet* XII. illa fundamenta sive argumenta, ad *talem* professionem * *Apoc.* acceptandam *cum tam stricta * participatione omnium anathematium?* *XVIII, 4.* (Eph. V, 11.

Nem- 1. Tim. V, 22.)

Nempe vt intelligatur rectius, in quo neruum rei constitutamur, suaferim vt Lector *loca* S. Scripturæ & C. T. (hoc est, *Concilii Tridentini, editionis Halensis*) quæ allegata hic sunt simpliciter, compendii causa, verbis ipsis semper non expressis; saltem, sicubi opus videbitur, *expresse* legat, eolvat, ponderet, & videat, *quo modo* superædificet. 1. Cor. III, 10. 22. quo modo *adplicet*, primum quidem penes semet ipsum, deinde ad alios; quia non nisi *πνευματικῶς* iudicandum 1. Cor. II, 14. 6. 8. Certissimi enim sumus, quod ex ipsa *evolutione* attenda textuum biblicorum, viuificam quandam lucem acceptura sint illa, quæ forsan paulo concisius contractiusque a nobis perscripta vel fastidiosa videri queant.

§. VI. *Primum* fundamentum, non absque singulari causa, denuo iam collocatur in acie, his verbis: *Welcher massen der Catholischen Lehre von den Widersachern viel ungleiches durch unrichtiges und falsches Fürgeben zugemessen wird, und sie weit anders lehren als diese richten.* Debebat Auctor, quia non sibi hæc exscripsit, sed *aliis*, etiam *Principibus*, ad *imitationem* commendavit, vt fatetur *in fine presaminis*, probasse vno saltem vel altero certo *exemplo*, quæ ipsis *affingantur* in doctrina nostra publica, & deinceps etiam ostendisse meliora in suis. Nos ingenue profiteamur alienum plane animum ab *omnibus falsis imputationibus*, priuatorum etiam; de quibus tamen vt respondeamus, nemo vlla æquitate postulauerit. Quod si autem tale quid probari possit, sitque occasio, quæ villo pacto fecerit ad salutem animarum, pro re nata minime dissimulauerimus.

§. VII. At vero & illud nouimus ex vniuersa historia ecclesiastica, eos ipsos, qui vere sub reatu erant coram Deo, testibus *veritatis* opponere semper consueuisse inter alia *exceptionem calumnie*, ac aliquod præsidium malæ causæ expectare ab *opinionem iniuriæ*, ipsis quasi illata. Hic est mos totius mundi, omniumque vbiuis hominum. *Quam insi-*

infignem *crucem* non possunt prorsus declinare testes veritatis, vt ne habeantur subinde pro *mendacibus*, saltem pro iis, qui *modum* hinc inde in ferendo *veritati* testimonio excedant. Id enim, quod pii reprehendunt ex *interiori* de Patmo *bus* principiis, examinatur ab aliis plerumque secundum Lutheri *nudam superficiem*, ciuilesque regulas, & externum habi- § 25.
tum verborum *quorundam*, quæ arripiunt; non considera-
to *animo, spiritu & norma* arguentium; quasi vero non sit
merito præsumendum potius, quod in his rebus, quæ veterem
hominem, veteres mores, & commodum carnis afficiunt,
multa dissimulentur, & fucō illinantur, quoad eius fieri
potest; docente quotidiana experientia. Sic illi Act. V, 28. 24.
inuehebantur in Apostolos, qui voluerint ipsis *impingere*
inuidiam occisi Nazareni, & dogmatibus suis implere urbem
Ierusalem. conf. Act. VII, 51. 54. 18. 19. 28. Quid? ipsi Principi
veritatis tribuebant Iudæi mendacium, *Quis*, inquentes,
querit te interficere? Ioh. VII, 19. 20. 25. 48. VIII, 37. 40. 46. 59.
Act. VII, 54. 52. Idem Luc. XI, 45. 51. 31. 32. pro obrectatore
habetur. Similia exempla sunt Act. XVII, 18. 22. 34. 11. 2
Cor. VI, 8. Mal. I. 6. 7. sq. Prov. XXX, 20. 28. coll. Zach. V, 6. 7. 8. sq.
& Apoc. II, 2. 9. 13. 14. 21. III, 1. 9. 16. 14. Ier. VIII, 8. & V, 13. 5. Hof. V, 4. 1.
VIII, 12. 11. 4. X, 2. 1. 15. XII, 8. 3. 14. 15. Luc. XX, 16. 20. Matth. XXVI,
25. 60.

§. VIII. Nisi igitur conuertatur quis ad *ipsum* Deum, ac in Deo ad *ipsam rem* & meram veritatem: colorem
huius *præiudicii* superare in solidum non valebit, sed in perpetuum
multis modis ac speciebus circumagetur. *Hæc est origo litis incomponibilis*
& *assiduæ inter veraces & fallaces*, quod utriusque sua studia
asserunt *solida esse*, ita vt nisi *solus Dominus hic iudicet*, nullus
hominum iudicare possit. Ita Lutherus ad illud Ioh. X, 6. & ad alia
Scripturæ loca. T. 2. Ien. L. f. Laboris autem in Deo Domino fructus
is tamen omnino tantum est, vt inueniri possit discrimen falsi a vero.
Apoc. II, 2. 135. 4. 194. 2. 1. Cor. II, 15. 1. Ioh. II, 20. sq. Ioh. X, 5. 14. IX, 27. 28. 34. 40.

41. 22. Legi hanc in rem meretur Præfatio Lutheri germanica in Prophetas, de *imputatione* superstitionis & idololatriæ.

§. IX. Eo rerum statu dolendum sane, totum fere orbem Christianum succumbere his partium studiis, idque multo maxime postremis his temporibus, vt vltro citroque *declinentur* imputationes, raro autem præstetur veritas innocentiae, in propria sua vi atque Christiana indole. Pars partem onerat summe odiosis præsumtionibus atque fabulis, abreptis interdum simplicibus ad immania odia. Armanantur *Reges & Magistratus* ad grauissimas vexationes subditorum, contra omnes Christi regulas. Accidit impingere interdum alios in quæstionibus *facti*, ex defectu *certioris historie*, *absque calumniandi animo*. Quid igitur? Nostra pax est, omnibus vbique mortalibus bene velle, salua veritate; cauere omni studio a specie falsarum imputationum; reliquas turbas, quas patimur, patienter Deo commendare; hanc etiam *calumnie* obiectionem, si aliter euitari non possit, in humeros suscipere, bona tamen cum conscientia; paratissimosque esse ad omnem veritatis agnitionem, si meliora ab aliis doceamur; Deumque simul implorare, vt ipse tandem detegat tenebrarum turbarumque veros auctores, & abscondita omnia. Necessarium quippe est Ecclesiae *donum discretionis spirituum*; ne omnes *promiscue* grauemus, aut incusemus. 2. Cor. II, 5. 6. 11. 16. Apoc. II, 2. 9. 12. 13. 18. 20. 23. 24. III, 4. 9. 15. Rom. XI. XIV. XV. tot. Ezech. XIII, 22. 23.

§. X. Speramus vtique, cordatiores sub Papatu * *ipsos* de

* OTTO Comes a Bronckhorst, Administrator Episcopatus Osnabrugensis Suffraganeus, in decreto ad manuale Osnabrugense controuersiarum (inscribitur *Kleiner Cathol. Unterricht des Stiffts Osnabrück*) suis iniunxit eo tempore, ne aut in familiari colloquio, aut e publicis cathedris, ad inania scommata contentionesque probrosas deduci sese permittant. In Præfatione vberius id ipsum deducitur, & hoc etiam agnoscitur, da hingegen auch von unverständigen

1. Petr. IV.
15. 16. sq. 4.
III, 15. II,
12. 13. sq.

de consequentia *primi* huius fundamenti simile laturos iudicium. omnes enim ad vnum facile intelligunt, cœtum aliquem, nisi cetera sint paria, nequaquam ex eo, quod ipsi forsân in multis fit iniuria, habendum prorsus purum, nedum vt illi quis tuto sese addicere in totum queat; qualem tamen adstrictionem rigide iniungit hodierna R.E. Norunt ipsi, multa vulgo hominibus, ne Christianum quidem nomen habentibus, perperam tribui; vnde tamen ad causam illorum *bonam* non concludent. Veritas sane, eaque vnice saluifica, longe maior res est, quam vt inniti velit argumento tam lubrico, tam vago, alieno ac remoto, plerumque etiam *particulari*. Demagogi tamen gaudent ita argumentari, quia sciunt *paucos* (etiam inter Magnates) subire *laborem* * & *scrutinium* propter veritatem; & quæ

* Apoc. II.
2. Eph. IV,
14. Tit. I, 13.
13.

§. XI. Ceterum credimus licere nobis, hac occasione reuocare *Pontificiis* in mentem, qualia maioribus nostris, non priuatim, sed *publice*, imputauerint; tametsi fati- tate sese hi *declarauerant* publice ac priuatim. Petamus exempla ex ipso Concilio Tridentino, in quod iurare tenentur, qui ad ipsos transeunt; ad quod prouocatur in *musis* S. ciu. p. 17 19.

Sess. VI. c. 9. 13. can. 20. in odium nostratum, velut hæ- *exempla* reticorum, sistitur *inanis* illa fiducia, qua *iactemus absolu-* imputati- *ram* certitudinem status gratiæ in *ea sola* fide, *qualem* iidem onum, seu *instantia ex* *angunt.* p. 51. sq. 56. 71. 73. 83. c. 6. p. 110. *ipso publico*

Sess. XIV. c. 6. Sess. XXIII. c. 4. (collatis vtrobique pro- *R. E. symbo-* *lo.*

Catholischen andere Stück den Lutherschen aufgebürdet werden, die sie ebenfalls verfluchen; darum solche Unverständniß zu schlichten, und mehr in Vertrag zu leben, hat man nothwendig befunden etc. *Etiam in hunc inter alia finem Ernestus pius Dux Gothanus iussit olim D. Eliam Veilium consignare* gründl. Unterricht aus *Lutheri* *Schriften,* *scriptum vtilissimum, editum Gotha 1695,*

emiis) tribuitur illis, quod omnes Christianos *promiscue* N. T. Sacerdotes esse: aut quod verba illa Domini Matth. XVIII, 18. & Ioh. XX, 23. ad omnes Christianos *indifferenter & promiscue* dicta fuisse docuerint.

7. 119. sq. 81.
160. 182.

Ne de *specie pietatis*, ne de *nouatoribus* (vt Sess. XIV, c. 8. ab initio & in fine loquuntur Tridentini; idque in referenda thesi nostra de *noua vita*); ne, quod de Baptismo can. VI, ne de multis aliis dicamus, quibus doctrinam nostram publicam, satis superque iam tum *declaratam*, obruere *imputationibus* ausi sunt.

Gerb. Titii exercitatio Helmstadii A. 1652. edita occasione Erhardi S. R. I. Comitis Truchsessii de Wetzhausen §. 3. sq. 15, 16. sqq.

Neque tamen agnosceret anonymus noster consequentiam, si quis e suis *ideo* volet ad nos transire, *quia* nobis, vt ostendi, ipso in C. T. fit iniuria.

1. Cor. XIII,
6.

§ XII. Possemus quoque ex eodem ipsorum symbolo *exemplis* probare, quæ iam tum diffessi fuerint; vt adeo nihil noui sit, si tot ingenia colores inuenerint suis assertionibus. Attamen satis incurrit in oculos, quid sub Papatu *præualeat*, ex quo iudicandum; nec nunc demum *rem* aliter comperitam fuisse, dici solide potest. Vtinam res sese haberet aliter in fundamento! Si cui autem adhuc videatur speciosa esse hæc exceptio, saltem ex eo, quod sint *iam* sub Papatu, qui aliter in multis sentiant: iste meminerit, nos meliora quæque dudum expectasse; nec ægre feremus, si multæ myriades *vere* bonorum sub Papatu recitari queant. Verum enim uero qui sese addicit hodiernæ R. E. non iubetur is his melioribus sese adiungere, sed fidem dare iubetur ex *Clerici* dominantis præscripto, quod §. V. attulimus. Neque est, vt boni illi sub Papatu, qui rectius sese sentire sibi conscii sunt coram Deo, putent, nos aduersus ipsos uelle agere; tamen si iidem minus indignabuntur, si boni sunt, cum de periculo in uniuersum admonemus: sed ipsi nobiscum attendant, an & quatenus *veræ* sint imputationes, quibus praxin & principia dominatus ecclesiastici aggrediamur. Tunc enim

enim
falsi
illi,
ueri
vos
phas
uian
homo
suspi
sit in
li ex
de t

libel
33. sq
latin

heri
que
nen
thol
gleic
klar
hæc
ser
als
und
cen
mis
salu
ten
ta,
dan
Cat
vis
tell

enim intelligent, nos multo minus respectu ipsorum, *crimen falsi* committere. De cetero pie aliquando Augustinus: *illi, inquit, in vos seuiant, qui nesciunt, cum quo labore verum inueniatur, & quam difficile errores caueantur. illi in vos seuiant, qui nesciunt, quam rarum & arduum sit, carnalia phantasmata pia mentis serenitate superare. illi in vos seuiant, qui nesciunt, cum quanta difficultate sanetur oculus hominis interioris - illi in vos seuiant, qui nesciunt, quibus suspiriis & gemitibus fiat, ut ex quantulacunque parte possit intelligi DEus. postremo illi in vos seuiant, qui nullo tali errore decepti sunt, quanto vos deceptos vident. Hæc de fundamento primo.*

Eodem limine gaudet le nouveau triomphe de l'Eglise, libellus Parisiis A. 1701, editus in gratiam Principis Palatine p. 4-33. sq. Experta autem est hæc ipsa, longe certius & constantius solatium requiri ad pacem conscientie.

§. XIII. Fundamentum alterum ab AVTORITATE hermeneutica petatum esse, probant verba Antagonistæ sequentia: kein steiffers u. kräftigers Mittel die Wahrheit zu erkennen sey, als die Autorität und ansehnliche Meisterschafft der Catholischen Kirchen, welche zu allen Zeiten, Alter, und Welten, eine gleichstimmige und beständige Auslegung der Schrift, und Erklärung in Glaubens-Sachen geführet. Fulcri loco additur hæc ratio, quasi opellens: *W*il alle Secten anieho in so grosser Anzahl, eine so wol als die andere, sich der Heiligen Schrift, als der einigen Regel und Richtschnur ihres Glaubens, berühmen, und doch mehr nicht, als ein einiger Glaube wahr seyn kan. Succenturiantur alia principia vulgo recepta, saltem in praxi nimis vbique (communi malo) præualentia; quasi v. c. fides saluifica præcipue consistat in potentia *intellectiua*; quæ potentia cum (si libere exerceri velit) penes omnes non sit tuta, compellat ad *Autoritatem*; ut aperte ad Principem quendam prodidi: Carolus Desiderius Royer de Nommeçy, in der Catholischen Glaubensburg p. 80. sq. 250. Item: quasi vsus & vis Scripturæ sacræ præcipue consistat in apprehensione *intellectuali*; quasi etiam *Scripturæ Sacræ* claritas non sit ita

constituta, vt, qui vult, ex ea ipsa, inuocato Spiritus S; auxilio, percipere ipse possit ea, quæ ad salutem & pacem cum Deo, simulque ad bonum ordinem, & caritatem proximi, sunt necessaria; vel quasi Scripturæ & veritati ipsi præiudicet difficultas eluctandi, vel opinionum multitudo; vel quasi *philosophiæ* * aliisque scientiis adstricta sit fides saluifica. Vide infra in spicilegio §. 3.

wahres cathol. Glaubens-Bekentniß, so ein großer Fürst ic. p. 1. 2.

§. XIV. De quibus affectatis hypothesibus, & quam misere per eas animi abducantur a genuina indole religionis, & a scopo simplice Scripturæ (vade mirum non est oriri tot difficultates, ex quibus ipsis isti magisterium & autoritatem sibi conciliant) plurima quidem monenda forent. Nobis vero videtur hęc consultius, vt ipse Lector statuere eo breuius apud se possit, quid methodus ista hierarchica spiret, audire ante omnia *exempla & praxin* ipsius C. T. authenticam.

ostenditur per exempla C. T. periculum eiusmodi magisterii seu dictaturæ p. 140. sq. 147. 24. 153. 183.

§. XV. Quid, quæso, spirat, quod locus scripturæ, quo sponsa Christi mystica describitur, vt *castrorum acies ordinata* (Cant. VI, 3. 9.) restringitur ad *ecclesiasticam suam hierarchiam*; idque simul ex odio doctrinæ Euangelicæ de sacerdotio spiritali (non quorumuis promiscue, sed) Christianorum? p. 160. Vid. D. Io. Adolphi Frohnii scriptum Edmundo Baumanno oppositum Mulhusæ 1703. Mitiora reperias in ipso Matthia Citardo G. Cassandri cœtaneo, ad 1 Io. II, 20-27.

Quid, quæso, spirat, quod ibidem ad dictum Christi de *ianua ecclesie* (Io. X, 1.) tanto decreverint feruore, *fures & latrones*, non *ecclesie ministros*, per ostium ingressos, habendos esse, qui ordinationem sine populi & Magistratus consensu irritam dixerint? p. 161. (infra §. 19. 22. in fine) Immo quod ibidem textum ex Vulgata Latina de *regenda* (pascenda) ab *Episcopis* ecclesia (Act. XX, 28. 17.) ad regimen suum Episcopale transfulerint?

Quid, quæso, ad gratiam DEI & salutem animarum, *pascendarum* siue *regendarum* (*Pastoris enim & Pastorum*)

titulus frequens est in *fundamentis* anonymi nostri, titulus sane significantissimus, vel quid etiam ad Scripturam illustrandam contra sectas, facit, quod hanc in se AVTORITATEM ipsa agnoscit hodierna R. E. vt declarat, verba institutionis S. coenae non esse contra factam ab ipsis mutationem, *etsi* Christus Dominus Sacramentum coenae pane & vino instituit? Sess. XXI. c. 1. 2. 3. cum abusu loci 1. Cor. IV, 1. (de dispensatoribus) 1. Cor. XI, 34. & Io. VI, 51-54.

Quo, quaeso, iure *anathema* pronunciant, si quis dixerit, illis verbis: *hec facite*, Christum non instituisse apostolos *sacerdotes*, aut non ordinasse, vt ipsi, aliique *sacerdotes*, offerrent? Quid, quaeso, mouit eos, vt de *Missa* sua explicarent locum illum Malachiae *de oblatione munda*, ita vt haec nulla indignitate, aut *malitia sacerdotum* offerentium inquinari possit? p. 147. 148.

Cui bono contra nos declarat synodus, quasi re bene gesta, hanc *concupiscentiam*, quam aliquando Apostolus ipse *peccatum* appellet, ecclesiam catholicam nunquam *intellexisse* peccatum appellari, quod vere & proprie in renatis *peccatum* sit? p. 3138. 22. 179. 137.

An digne interpretatur Scripturam S. vel animabus consulit, quando sub anathemate *veram* fidem statuit, licet non sit *viva*? sess. 6. can. 28. p. 73. 59. *vid. diss. nostra de harmonia fidei* §. 45. 179.

Sic *gratias gratis* justificari vult ita *intelligi*, vt nihil eorum, quae iustificationem praecedunt, fides sive opera, ipsam iustificationis gratiam promereatur; salva tamen assertionem, quam reservat & sub anathemate proponit: quod hominis iustificati opera bona *vere + mereantur* vitam aeternam. p. 49. 179. p. 60. 179. 76. 179. quam aduersus nos institutam contradictionem excipit p. 3. 4. 62. clausula generalis, quod, nisi quisque fideliter firmiterque receperit declarationes istas de iustificatione, iustificari non poterit. 185. 179.

Cur tanto Zelo textum Io. XX, 23. in antithesi *intelligi* vult

1. apol. A. C. p. 138. l. 6.

vult de *potestate* tali, qualem vrget Sess. XIV? An cura animarum coegit ipsos, vt doctrinam humanam, de casibus *reservatis*, ad *auctoritatem diuinam* tam rigide referrent? Quorsum *magisterium*, quod sistit R. E. velut *magistra* in applicatione * dictorum Scripturæ ad delectum ** *ciborum*, & festa sua, tanquam ad rem maximam? Quæ certe res longe gravior est in ipsis illis allegatis Scripturæ dictis? Quodque post C. T. Pius IV. R. P. in bulla confirmationis edixit: si cui visum fuerit egere in eo quid *interpretatione* aliqua, vt ascendat *ad locum, quem Dominus elegit*, ad sedem videlicet Romanam, omnium fidelium *magistram*, cuius *auctoritatem* etiam ipsa S. Synodus tam reverenter agnoverit.

§. XVI. Quæ specimina *magisterii*, secuturaque etiam *exempla*, qui consideraverit pro dignitate rei, de qua nunc agitur: is certe constituere secum poterit de qualitate huius *fundamenti*, quidque præsumere vel sperare de tali magisterio debeat. Videbit, si ex aliqua ratione hic agi videatur, committi saltum a *difficultatibus*, circa usum sacræ scripturæ *accidentibus*, ad eiusmodi *auctoritatem* Ecclesiasticam dictatoriam, eumque saltum nimis grandem, nimis violentum (*panis a iure* statutis) & conscientis periculosum. Præ gustum etiam iudicii ipse capiet de *reliquis* fundamentis, quæ omnia non minus tendunt ad *auctoritatem*, qua acquiescendum sit. Quæ *methodus persuadendi*, an secum ferat salutem animarum, meramque mentium cum DEO & proximo unionem, cordatiores ipsi sub Papatu diiudicent. Videatur diss. nostra de *auctoritate* ecclesiæ, qua *mater* est. collata Clementis XI. hodie P. R. damnatione quamplurium propositionum, quæ Romæ prodiit A. 1713. sexto Idus Septembris n. 79 - 86. 9 + 95. contra liberum exercitium lectionis librorum Scripturæ.

§. XVII. Species huius fundamenti, *de tot Sæclis æquali-*

* 2. Tim. IV, 1. II, 3. 1. Tim. IV, 6. 3. Ebr. XIII, 17. Luc. X, 16.

** p. 179. 52. 183. sq. Coloss. II, 10t. p. 121. sq. 131. 134.

p. 23.

liter ad S. Scripturam prouocantibus, locum forte habet apud eos, qui nimis impatientes sunt oneris alicuius in Ecclesia militante suscipiendi, nec rem tanti habent, vt multum eapropter incommodi ferre velint, adeoque ex eo animi habitu putant, incommoda hæc (quæ sæpiuscule nimium exaggerant, & alia ratione ac via mitigare poterant) breui manu per *authoritatem* in Rep. auertenda esse. Vel apud eos valebit ista species, qui minus recte imbuti sunt de *habitu Religionis Christianæ ad vitam ciuilem*: confundentes curam anime cum regimine politico. Vel penes ignauos, eosque etiam, qui participare volunt cum istis *humana commoda*. Hinc magnus, etiam in Rep., applausus: hinc audacter propinantur vulgo tales hypotheses, quia nouerunt Statistæ, multo plures esse, qui humana diuinis curis præferre, quam postponere audent.

Ipse vero *Petrus* (cuius prerogatiuam atque primatum, Nic. a *Iesu* quatenus ad Romanam sedem deuenit, deinde, tanquam *fundamentum*, exhibet noster anonymus) bene nouerat, quomodo multi *abuterentur S. Scriptura*. Sed non ideo tale quidem tribunal erexit: *remedia* tamen ea ostendit, quæ (saluo labore, hac in vita obeundo, saluo etiam scandalo crucis) omnino sufficerent, si modo nihil aliud ab istis quereretur, quam *spirituale bonum*, quam *anima*, quam victoria vnus viuæ fidei in suauissimo Salvatore mundi. 2. Petr. II, 1. sq. III, 16. 17. I, 18. 3. 19. sq. Neque nunc demum difficultates hæc in mundo obortæ sunt, velut nouæ: & in omnibus tamen apostolicis scriptis ne vestigium quidem *extremi huius consilii* (quod cum securitate commixtam *remediis spiritualis* desperationem fouet) reperire est. Condolemus quidem aliquos sic obrui hoc fascino, vt vix dubitent *aliter* fieri posse: sed deteriore reuera loco illi sunt, qui ex *calamitate* generis humani confirmant sibi astute *magisterium*, vt deterritis miseris, omnia sacra in cleri sui & consortium manus plane dedantur. Ea sane prædominaturi-

entium libido (quam modo, qui intactam relinquunt, sub hac auctoritate in lata mundi via tolerantur indulgentissime; etsi ista auctoritas prætextu fulciri soleat *coercendi pe-
 * C. T. p. 22. 59. tulantia * ingenia*) plane aliena est *a spiritu & ministerio apostolico*. Ministrorum enim ecclesiæ officium est, succurrere luctantibus, vt vsus Scripturæ dirigatur ad rectum finem, sicque reddatur salutaris ac facilis; non vt intricetur, aut *e dubiis vexatis* captetur imperium in intellectum alterius, & vexet censura plerumque columbas. Agnoscimus nos cum reuerentia *ministerium* in explicandis & applicandis sacris litteris: & quicquid vere boni subesse posse quis censeat, ceteris paribus admittimus. *Vsum* porro *Scripturæ* quando volumus *liberum*, de vero simul nostros admone-
 15. *Luc. XI, 52.* mus vsu & sine legendæ scripturæ; nec non, qualis lector esse debeat, nostros præmonemus, ne quid fiat *promiscue*, & illotis manibus. Neque etiam nos per *sacerdotium spirituale*, quod illi adeo metuunt, quod iterum monemus, *vlla ex parte* intelligimus licentiam promiscuam. cuius relictam ad inuadendas sacras literas, vt cuius liceat *sue* prudentiæ in-
 7. nixio, in rebus fidei & morum, S. Scripturam ad suos sensus contorquere. Absit hoc per omnem modum. (D. Barthol. Elfneri *allersicherster Himmels Weg* art. 1. qu. 14 - 18 - 22. art. 8. qu. 37. 38. 39. artic. 9. qu. 27 - 43. artic. 10. qu. 21, 32, 37. 43. artic. 12. qu. 6. sqq.) Reliqua, quæ accidunt, incommoda, Deo vbique commendanda, & ad messem illam referuanda censemus, nec propter incommodum aliquod vsus scripturæ liber coarctandus. Sic quidem manserit *una vera* fides; sic optime sibi constabit ordo; sic satis patebit notitia salutis, nisi quis ipse velit distrahi amore seu religione mundi. Sic etiam multæ querelæ de *sectis* cessa-
 12. *supra §. XII. in fine.* uerint: sectarum enim plurimarum causa est illa ipsa *sæua arbitrio imperii in intellectum alterius*, quocumque tantem nomine tegatur: quodque tot *ἀλλότρια* passim obtunduntur. Quare laborum in studio veritatis nos æque non
 pu-

pu-
Cur
an a
spe
vt i
liber
omn
Est
mir
Et
illi
Mel
pio,
qua
illuc
Sax
m v
pen
veli
dom
con
turi
ipsi
tate
uan
ind
tant
tat,
alio
suff

des
run
hic

pudet aut tædet, quam non pudet laborum in poenitentia.
 Cur nos peccatores calcare nolimus viam illam angustam?
 an angustia, quæ oriri possunt, præiudicium gignant? Su-
 specti potius sunt, qui declinare docent has molestias,
 ut ipsi rem suam sibi habeant. Per Deum rogamus, ut qui-
 libet in se descendat. Matth. VII, 15. 14. 13. Quod enim
omnes tangit, ab *omnibus* curari debet; quamlibet graue sit.
 Est *vna fides*, ut ait anonymus noster, est *vna veritas*. Quid
 mirum, quod vbique inter multiplex mendacium, multa *tu-*
ta requiritur pro tuenda vna veritate? certe non pudet nos
 illius, quod de nostra olim theologia dixit ad Philippum
 Melanchthonem, in conuentu Augustano, Ioannes ille Gla-
 pio, Caroli V. Cæs. Confessarius: *vos habetis theologiam,*
quam nemo intelligit, nisi multum oret. Sed & meminimus
 illud Erasmi A. M. D. XIX. ad Frideric. sapientem Elect.
 Sax. nos, quorum proprium munus est *DOCERE, COGERE MALV-*
MVS, QVIA FACILIVS. Reliqua pars mundi eo iam pro-
 pendet, ut studium religionis ac scripturæ velit sine lite,
 velit sine angustia, velit sine molestia. Ideo præsentis sive
dominantes, quas vocant, *religiones*, ut sunt receptæ, boni
 consulendas iubet. Illi enim, qui de mundo sunt, possunt
turbas mouere, quando libet, & postea ex his turbis, quas
ipsi excitarunt, aliis audent persuadere, quod ergo *auctori-*
tate opus sit, atque vinculis conscientiarum, pro conser-
 uanda *vna fide*, legibus scilicet suis semel stabilita. Sæpe
 inde ad bella, & sanguinem ciuium profundendum, susci-
 tantur *Principes*: sicque, quæ hos ad vim faciendam exci-
 tat, Hierarchia illa Ecclesiastica, *castrorum acies* euadit, in
 alio adhuc sensu atque eo, quem §. XV. attigimus. At hæc
 sufficiant de fundamento secundo.

Jer. XXIII,
36. 5.

Luth. T. 3.
Jen. Germ.
f. 337. 59.

§. XVIII. In ponderanto fundamento TERTIO, quod
 desumptum diximus *ab ordinaria & insigni successione pasto-*
rum R. E. licebit nobis esse paulo breuioribus; etsi scriptor
 hic non modo *personalem*, sed præcipue doctrinalem ab

sub
 tiffi-
 i pe-
 io a-
 cur-
 n fi-
 etur,
 alte-
 mus
 ndis
 cen-
 ura
 one-
 etor
 e, &
 itul-
 a ex
 n ad
 e in-
 nsus
 hol.
 art.
 43.
 om-
 re-
 d v-
 una
 ate-
 re-
 effa-
 se-
 tari-
 tru-
 non
 pu-

apostolis successionem, commendare videri posset in pastoribus R. E. Welche, inquit, in unzertrennlicher Ordnung, und Folge rechtmäßiger Hirten, je und allewege die einige, steife und unveränderte Lehre, von denen Aposteln bis auf diese Stunde, hergebracht und erhalten. Præmissis de *Apostolis* elogio, quod cum præcedente stylo magnifico convenit: Sie mit vollmächtiger Gewalt und höchster autorität staffiret und versehen.

Textus C.
T. de successione.

§. XIX. De *successione in officio seu functione*, varii sunt in C. Trid. textus. Primus in L. de audiendis confessionibus ab ordinatis pastoribus, *cu apostolorum legitimis successoribus*, p. 106. Alter in L. de missa & sacr. ord. dicit, *apostolis eorumque successoribus* in sacerdotio, potestatem traditam consecrandi &c. p. 147. 158. Tertius declarat, præter ceteros ecclesiasticos gradus, episcopos, qui in apostolorum locum successerint, ad hunc hierarchicum ordinem præcipue pertinere. Ibidem p. 161. & p. 163. can. 7. pro *legitimis successoribus & ecclesie ministris* non habentur, nisi qui rite ordinati & missi sunt ab ecclesiastica & *canonica* potestate: qui aliunde veniant omnes non *ecclesie ministros*, sed *fures & latrones, per ostium non ingressos*, habendos esse. (Supra §. 15.) Nihilominus, *tanquam Christi ministros* respici vult synodus sacerdotes, *etiam eos, qui peccato mortali tenentur, in functione remittendi peccata*, eosque præue sentire, qui in malis sacerdotibus hanc potestatem (adeoque & successionem) non esse contendunt. Sic & fest. 22. c. 1. cum de Missa proposuisset, deque *successoribus* in sacerdotio, (notum autem est, quanti ipsis fit sacrificium missæ propitiatorium offerre Deo) paulo post addit, nulla indignitate aut malitia *offerentium* inquirari posse mundam illam oblationem.

p. 120,

Ipsam vim verbi & sacramentorum pendere a meritis & dignitate ministrorum, quis affirmet? Sed quis fundamentum sic admittat per ac propter successionem, quæ deinceps tam duris thesibus tuenda & propugnanda est? Vbi vlla in his analogia *Spiritus apostolici*? conquerebatur Luth-

ther
nus
fra
seu
statu
§. 21

nera
se, &
por
nun
succo

zana
V. si

Apo
nue
cessio
vero

hæsi
apost
tis a

remo
ipsu
TA,
riati
TA
ii, q
mul

Epis
dant

the

therus suo tempore de vulgari exceptione, *quodsi vitamē diff. de nus recta sit, doctrinam tamen rectam esse.* (vide etiam in *Patmo* fra in spicil. §. 3.) Opus igitur est, ut in iactata doctrinā *Luth. §. 29.* seu *deßbodoßicus* & cultus *successione*, hic quoque videamus *seq.* statim de probatione, per aliqua saltem *exempla* (quia infra *Seß. 21. c. 1.* §. 21, 22. non nihil huius redibit.) *p. 140.*

Fatetur C. T. Christum Dominum in vltima Coena venerabile Sacramentum, in panis & vini speciebus, instituisse, & Apostolis tradidisse. Fatetur tamen, progressu temporis *latissime iam mutatam* illam consuetudinem; quam nunc pro lege habendam decreuerit. Rogamus, vbi hic *successionis fauor apostolicæ?* *c. 2. p. 142. 20. sq. p. 145.*

Quæ ibidem peremptorie inculcat de *aucloritate mutandi*, ac de *potestate Ecclesiæ*, valde violenta pharmaca sunt. *V. supra §. XV.*

Dicit, doctrinam suam de iustificatione esse eam, quam *p. 34. 73.* *Apostoli* tradiderint, & Ecclesia catholica perpetuo retinuerit: sed non videmus, quo pacto ibi possit applicari *can. 28.* *successio doctrinæ apostolicæ*, v. c. ad *can. 28. & cap. 15. de fide vera*, et si *non viua.*

Dicit, sese in canonibus suis de septem sacramentis, *p. 78.* *hæsisse apostolicis* traditionibus. Detur, quæsumus, digna apostolis probatio, vel ad primum illud suum de sacramentis anathema.

Sic censendum de gloria *apostolicæ* disciplinæ in *ce-* *p. 149. 150. sq.* *remoniis* Missæ, inque *id genus multis aliis*, quæ Synodi *165. p. 106. sq.* ipsius verba sunt *p. 150.* *Aliaque id genus*, inquit, *MVL. 153. 158. 74.* *TA, ex apostolica disciplina & traditione.* Ominosa gloriatio! ex illo enim textu *Marc. VII, 4. 5.* (*& alia MVL. 179.* *TA sunt &c.*) veros suos antecessores, si velint, repererint ii, qui his gloriari velint. Aut ostendant, quomodo illa multa cum *indole noui testamenti* conueniant.

Quin etiam ex *Apostolicis* sanctionibus præcipitur, ne Episcopi regum ministris, regulis & Baronibus loco cedant, sed *gradum & ordinem* suum præ oculis habentes,

vbique se Patres & Pastores esse meminerint &c. p. 165. Eatenus non male, si serviles & mundanas adulationes Episcoporum detestentur. Sed tamen hoc sciendi modo de loco, gradu & ordine episcoporum, opus non habuissent, si perstitissent in tramite grauitatis apostolicæ; cui certe tuendæ longe alia adhibenda sunt remedia, ne augeatur æmulatio carnalis inter politicos & ecclesiasticos, maximo malo & impedimento salutis publicæ.

§. XX. Eiusdem notæ est fundamentum *quartum* a PRIMATV Petri, de quo, splendidissime exaggerato, putat scripturam esse *clarissimam*, gan̄ flar, in hac scilicet materia, quam sententiam conferat lector cum iis, quæ de *Scriptura* longe alia exhibuimus §. XIII. Sic, quod ex C. T. de *potestate* ecclesiæ circa S. cœnam §. XV. XIX. attulimus, videtur Synodo, Apostolum *non obscure* innuisse, cum ait: sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & *dispensatores* mysteriorum Dei. Iungatur ex eodem, *quod haud obscure*, de solis sacerdotibus rite ordinatis, tanquam propriis ministris sacramenti extremæ vnctionis. Item, quod Missam suam *non obscure* innuat Paulus, Corinthiis scribens de mensa Domini, per mensam altare intelligens. Sed aliis in rebus, minus gratis, disputant Romanenses aliter de *scriptura*, velut *obscura*. Quænam vero nunc est de tali *Præ- eminentia* Petri (qui haud dubie, eodem fine, aliquoties audit Apostolorum * *Princeps* in C. T.) *clarissima* illa Scriptura? Affertur textus Matth. XVI, 18. quo tamen nulla litera extat de tali *primatu*. Et quia coniungitur textus Ioh. XXI, 15. 16. 17; quia etiam paulo ante allegatur locus Ioh. XX, 21; commendamus ipsis pariter locum Ioh. XX, 22. 23; eumque spiritali iudicio conferendum cum Matth. XVI, 19. 23. & XVIII, 18. quin & cum vnico illo * *fundamento* 1. Cor. III, 11. 22. seu cum ipsa *Petra* 1. Cor. X, 4. Nam vt nos nihil habemus aduersus Paulum vel *Petrum* vel certas personales prærogativas, Pontificiique vicissim proprie *Petri* causam non agunt: ita noyimus, quo Paulus rem omnem

p. 141. sq.

Sess. 14. c. 3. p. 129. sq.

Sess. 22. c. 1. p. 148.

* *supra* p. 7. p. 106. 187. 183.

* *Aug. Tr.* 124. in Ioh. C. T. *sess.* 3. p. 15.

retu.

retulerit in Epistola, quam Roma ad Galatas scripsit, cum eo tempore quidam *hominibus deuoti*, more hæreticorum (vt Ambrosius scribit præf. ad Cor.) hoc prætextu *sectas* facerent. 1. Cor. I, 10. 22. sq. 26. III, 22. 23. II, 4. sq. 8. XIV, 3. 32. 33. Luc. XXII, 25. Vnde simul euanescent sic colorata verba: zu Erhaltung der Einigkeit: Nam inde potius *sectæ & schismata* gliscebant & in Galatis & in Corinthiis. Purior sane scopus & mens est primæuæ antiquitatis, quam hic contra *sectas*, quas vocat, gloriatur aduersarius. Cyprianus Ep. LXXI. quia nihil potest esse commune mendacio & veritati - antichristo & Christo; per omnia debemus Ecclæ catholice *unitatem* tenere. Non est autem de *consuetudine* præscribendum, sed ratione vincendum. Nam, nec *Petrus*, quem primum Dominus elegit, & super quem, ædificauit Ecclesiam suam, vindicauit sibi aliquid insolenter, vt diceret, se PRIMATVM tenere, & obtemperari a nouellis & posteris sibi potius oportere. *Non enim vincimur*, quando nobis offeruntur *meliora*, sed instruimur, maxime in his, quæ ad ecclesie *unitatem* pertinent, & spei, & fidei nostræ veritatem. (conf ep. LXXIII. & L. de *Vnitate Ecclesie*, cum notis ipsius Rigaltii, vel etiam cum notis aliquot Parisiensium in censuram Hungaricam Cleri Galliani; quibus probatur, unitatem infringi potius quam stabiliri illis prælationibus atque diuisionibus) Ambrosius exponit *primatum confessionis, non honoris*. Augustinus ait: in *Petri persona significatos esse in ecclesia bonos*. Haymonis Episcopi Halberstadiensis explicationem loci Matth. XVI, 18. optimam & simplicissimam vide in exerc. sub præsidio nostro habita de *Vita & Doctrina Haymonis* P. 2. §. 47. 49. 53. Plurimi ex 2. Cor. V. 20. remouent præsumtionem singularis *vicariatus*, quem scheda anonymi nostri iactat: rectius ergo consulisset is animabus, si introduxisset eas, loco *primatus* Petri, in *epistolas Petrinas*, ex quibus Deodigne euolutis, alia plane didicissent. In his enim Petrus, tanquam fidelis compresbyter, agit de *conuersione* ad verum illum

infra §. 29.

4. *Colom.*

1683.

de incarn.

c. 4.

Tr. 50. in Ioh.

cc. II.

1. *Petr. II.*, 25. illum *pastorem* & *episcopum animarum*, & absque eiusmodi circumductionibus serio tractat *principale negotium*.
V. rot.
Luc. XXII, Quo haud dubie tendit Andreas Cramerus in praef. Gen. S.
 32. 31. 24. 2. 5. 9. 10. praemissa syntagmati von der Kinder Gottes Ehren-
 Stande. In eodem syntagmate ad scopum totius nostrae
 disquisitionis pertinet Strena afflictis Halberstadiensibus ob-
 lata, inprimis p. 258. 284. 293. 346. 1q. nec non ibidem Spe-
 neri praefatio Dresdensis A. 1688. Ex professio de hoc fun-
 damento egit Seb. Schmidius in *Petro non Papa*.

§. XXI. *Fundamentum quintum* nihil aliud est, quam
ἀπόδοσις quarti, *successio in cathedra Petri usque ad presentem*
R. P. welcher successio die heiligen Patres vorzeiten (da sie doch
 nicht so mächtig als ieho) anders nicht, als eines mit Macht
 durchdringenden Pfeils, wider alle Secten und Resereyen sich ge-
 brauchet haben. Si vel maxime probari posset *successio in ca-*
thedra, quae praeter ceteris caussis mouentibus extollitur, tale
 tamen fundamentum *externum* hac in quaestione profus
 abit a methodo ac spiritu omnium Prophetarum & Aposto-
 lorum. Ita certe Romanenses non argumentarentur, nec
 tot forent schismata, si vere successissent Petro, ac *animum*
Petri haberent, qui ex *Petrinis*, vt dixi, *epistolis*, a serio
 volentibus, satis superque intelligi potest; quod toties in-
 nuisse piis sufficiat. tædet enim tandem immorari mul-
 tum eiusmodi persuasionibus: ex abundanti tamen *Patres*,
 quos iactat, audiamus. Cyprianus Ep. LXXV. de Step-
 hano R. P. repetitis Christi verbis ad Petrum: quod, *qui sic*
de episcopatus sui loco gloriatur, & se successionem
Petri tenere contendit super quem fundamenta ecclesiae col-
locata sunt, multas alias petras inducat. & ibidem: Step-
 hanus, *qui per successionem cathedram Petri habere se predicat*.
 Hieronymus Ep. i. Heliodoro, quam graue sit obire mini-
 sterium ecclesiasticum, scripturus: *non est facile stare loco*
Pauli, tenere gradum Petri. Gildas, cognomine sapiens
initio Tom. Britanniae sec. V. Presbyter: Britannia, inquit, habet sa-
 5. *bibl. P. P.* cerdotes, *sedem Petri Apostoli* immundis pedibus vsurpan-

tes,

res, in Iudæ traditoris pestilentem cathedram desidentes. Vnde tandem in ipso Sec. XIV. Marsilius Patauinus: *quis in defensor e*
Episcoporum aut sacerdotum magis meretur apostolorum di- *Pacis P. 2.*
ci successor? is certe, qui eos amplius moribus & operibus *s. 16.*
imitatur. Gregorius M. Papa præcursorem antichristi (non
 successorem vllius apostoli) vocat eum, qui vniuersalis epi-
 scopi titulum sumserit: variis in locis, ad quos nondum di-
 gnæ respondit Maimburgius in *historia Pontificatus Grego-*
rii M.

§. XXII. Vnum tamen præterea obseruamus adhuc, ar-
 gumentum tertium, supra §. 18. 19. 20. recensitum, vulgo fun-
 dari in successione RR. PP. vnde possemus ex historia RR.
 PP. & ex tritis hypothefibus Pontificiorum, intricatissima
 multa repetere, quæ multi inter hos ipsos bene quidem no-
 runt, sed, quoad eius fieri potest, dissimulant, aut per vim in-
 genii pro viribus emollire student. (legatur de *anti-pa-* *infra in*
pis seculi XIV. quod schisma Papale ad L. annos durauit, *Spicil. S. 3.*
 B. Kortholt in *AntiFromm.* p. 70. sq.) Quis enim reliquo-
 rum hominum, qui maximam partem constituunt ecclesiæ,
 vel vult vel potest tam vastum iter ingredi? Neque æquum
 est, animabus, quibus tot *difficultates* mouentur de lectio-
 ne *Scripturæ*, eas tamen ambages obiicere, vt has *successio-*
nes & quasi *genealogias* excutiant. Quicquid sane fauoris *accomm.*
 habet hic titulus de *successione*, in nucleo exhibet Tertullia- *1. Tim. I, 4.*
 nus, scriptor ipsis pro commodo acceptissimus, de *prescript.* Tit. III, 9.
 „consecuti Apostoli promissam vim Sp. S. dehinc in orbem *2. Thess. II, 2.*
 „profecti *eandem doctrinam eiusdem fidei* nationibus pro-
 „mulgauerunt, & proinde ecclesiis apud vnâquamque ci-
 „uitatem condiderunt, a quibus *traducem fidei, & semina do-*
 „*ctrinæ*, cæteræ exinde ecclesiæ mutuatae sunt, & quotidie mu-
 „tuantur, vt ecclesiæ fiant, *ac per hoc & ipsæ Apostolica depu-* *1. Cor. XIV,*
 „*tantur, vt soboles ecclesiarum apostolicarum.* Itaque tot ac *36. 31. sq.*
 „tantæ ecclesiæ vna est illa, ab apostolis prima, ex qua om- *Eph. II, 20.*
 „nes. Sic omnes prima, & apostolicæ, dum *vna* omnes pro-
 „bant vnitatem, dum est illis *communicatio pacis, & appella-*
 „*lio*

D

„latio *fraternitatis*, & *concesseratio hospitalitatis*, quæ iura
 „non alia ratio regit, quam eiusdem sacramenti vna tradi-
 „tio. c. XX. constat proinde, omnem doctrinam, quæ cum
 „illis ecclesiis apostolicis matricibus & originalibus fidei
 „conspiret, *veritati* deputandam; sine dubio tenentem, quod
 „ecclesiæ ab Apostolis, Apostoli a *Christo*, CHRISTVS a
 „Deo accepit: omnem vero doctrinam de mendacio præ-
 „iudicandam, quæ sapiat contra veritatem ecclesiarum, &
 „Apostolorum & *Christi & Dei* c. XXI. Cæterum, si quæ au-
 „dent interferere se ætati Apostolicæ, vt *ideo* videantur ab Apo-
 „stolis traditæ, *quia sub Apostolis fuerunt*; possumus dicere, e-
 „dant ergo origines ecclesiarum suarum, euoluant ordinem
 „Episcoporum suorum, *ita per successiones ab initio* decur-
 „rentem, vt primus ille Episcopus aliquem ex apostolis vel
 „apostolicis viris, *qui tamen cum Apostolis perseverauerit*,
 „habuerit auctorem & antecessorem. *Hoc enim modo* ec-
 „clesiæ apostolicæ census suos deferunt, sed et si confinxer-
 „int, nihil promouebunt, ipsa enim *doctrina* eorum cum a-

* 1. Cor. II, „postolica* comparata, ex diuersitate & contrarietate sua pro-
 13. 6. 8. coll. „nunciabit, neque apostoli alicuius auctoris esse, neque a-
 III, 21. 22. 23. „postolici. *Ad hanc itaque formam* probabuntur ab illis ec-
 „clesiis, quæ *licet nullum ex Apostolis vel apostolicis auctorem*
 „suum proferant, vt multo posteriores, quæ denique quotidie
 „instituantur: tamen in eadem fide conspirantes non minus
 „apostolicæ deputantur pro **CONSANGVINITATE DO-**

Ireneus lib. „CTRINÆ c. XXXII. videmus quod lac a Paulo Corin-
 4. c. 43. l. 3. „thii hauserint, ad quam regulam* Galatæ sint collecti, quid
 c. 2. „legant, Philippenses, Thessalonicenses, Ephesii, quid et-
 * Gal. VI, 16. „iam Romani de proximo sonent, quibus euangelium &
 15. 17. „Petrus & Paulus sanguine quoque suo signatum relique-
 „runt. habemus & Iohannis alumnas ecclesias, *sic & cetera-*
 „rum generositas recognoscitur. lib. 4. *aduersus Marc. c. 5.*

Hæc fundamenta Tertulliani faciunt ad tranquillita-
 tem conscientiæ, & ad pacem ecclesiasticam; quæ contra tur-
 batur per illorum adstrictiones mundanas. Multorum scrupuli

puli de *ordine sacro*, eiusque serie, sunt affectati, aut ex inordinatione orti. Qui enim primo omnium de *Dei Domini* gratia sunt solliciti, sicque de Deo certi: in *secundaria* quaestione illa de *personis*, de hominibus, de ministris, en & unde inter nos, quos vocant Lutheranos, possit esse legitimum * ministerium, facile sese expediuerint, ceteris paribus. *Com* * *Anonymus uerso* fit ad *Deum*, non ad *clericos*. Quaestio de *ministris noster*: kein non est summa rerum 1. Cor. III, 3. 4. 5. 22. 23. Idque *discri* rechtmäßig *minis* memini me A. M. DC. XCIV. magno Principi, ex Sa-beruffener xonia Electorali oriundo, qui aliquot ante annis Professio-*Minister zu* nem fidei Tridentinae adsciuerat, cuius infra iterum (in *spi*-*finden*. §. XI. *cil.* §. 1. & 4.) fiet mentio, in praesentia aliorum Principum Saxoniae, ita proposuisse, ut is momentum discretionis omnino capere videretur. Confer apologetica nostratum ad *speculum veritatis*, nomine Christiani Wilhelmi, Marchionis Brandenburgici editum, Iosephi Hall alte Religion; cuius libri Versionem Germanicam Theophilus Großgebauer Ernesto Pio, Duci Gothano, dedicauit. Salomonis G assii Glaubens-Grund, scriptum Ernesti Filiis consecratum. I. Musaei Vertheidigung des unbeweglichen Grundes. Quibus monitis etiam opus habet *fundamentorum fidei discussio* Wallenburchiana ad Ernestum Hassiae Landgrauum.

Dici satis non potest, quantum damnum patiatur ipse *Christianismus* & respublica, cum plerique coguntur illis materiis vitam & operam suam infumere. Quantum enim impenditur *secundariis* eo modo, tantum decedit curis *primariis*.

Quatenus etiam proceditur secundum haec fundamenta, non potest aliter fieri, quin praë aliis promoucantur in scholis & ecclesiis, qui hisce se *conformant*. Haec inde primaria fuerit vbique *successionis* regula, praesentissimo cum neglectu scopi genuini. Vide supra textum de *ianua ecclesiae* § 15.

§. XXIII. De fundamento sexto & septimo comunctim agamus; quod est *ab auctoritate, & consensu, tum conciliorum, tum Patrum* circa hanc ipsam materiam, nempe

circa articulum de tali *Primatu* R. P. Ita rursus *rei* & doctrinæ ipsius saluificæ (in qua possemus & deberemus omnes acquiescere) vix nomen hic legitur, nec aliter, nisi in subordinatione ad *prælustre magisterium* sedis & R. E. Urgetur (quod sane merito suspectum) in hac methodo, per omnia & *præ omnibus articulus fidei de auctoritate hierarchiæ ecclesiasticæ*. Nec nisi his in ancoris nauem retineri, animosque totos sic diuerti videas ab interiore & propiore ipsius veritatis indagine. Sciunt Pontificii, tomos conciliorum & P. P. a conuertendis vel conuersis, quos vocant, excuti non posse, ad quos tamen remittunt miseros; *difficilem* e contrario reddentes vsum *scripturæ*, quam tamen Spiritus S. sic accommodauit, aperuit, & disposuit pro diuina sua benignitate ac sapientia, vt ad illius iudicium remitti bona cum pace possint homines; idque citra omnem vanam illusionem.

Commoditatem vulgo extollunt multi, quam secum ferat adstrictio ad vnum caput ecclesiæ. Sed intelligunt id politice, alienum in modum, non iudicant spiritualiter. Exempla probant, minus commode sic consultum iri animabus. v. g. agnoscit synodus, ob multiplices locorum & prouinciarum corruptelas *commode* specialiter prohiberi *non posse* abusus circa indulgentias &c. p. 178. sq. Iudicetur inde de remedio, quod a P. R. expectandum per ambages longissimas, ceu vult ibidem synodus. Nam impossibile est, vnum episcopum esse inspectorem ecclesiarum totius orbis terrarum; melior sane via suadetur in articulis Smalc. p. 343. 314. 143. sq.

Specimina abusus *Conciliorum* PPq; strictim adnotata sunt in C. T. p. 24. 25. 142. 183; quibus alia mysterii huius signa addi possent, si opus foret. v. c. quod in C. T. *magnum concilium Lateranense* vocant p. 133; quod concilium, *præsertim* vero *secundæ Nicenæ Synodi*, decretis vtuntur pro honore imaginum p. 175; (98) quod in iuramento religionis, *præcipue* a sua *Trid. Synodo* tradita, requiruntur ad fidem, extra quam nemo saluus esse possit, p. 187, 186. Hæc quidem nos *Conciliorum* vestigia terrent.

§. XXIV.

§. XXIV. Neque omittendum, quod ipsius SPIRITVS S. mentionem hic facere audeant, dum animos, quos euacuare isti ab autoritate *humana* debebant ex officio, ad inflationem (vel inscii) abducunt, noxiumque tumorem ac violentiam *inspirant*; ne quid dicamus gravius. Hierzu 2. *Theff. II, 2.* kömmt das höchste Ansehen und autorität aller allgemeinen *Ier. XVIII,* Concilien, darinnen eine stattliche Anzahl von Bischöffen der *18. XXIII, 31.* ganzen Catholischen Kirchen, so in dem Zeit. Geist rechtmäßig *1. Cor. XIV,* versammelt, den Römischen Pabst iederzeit für den obersten Prä *37. (36. 31.* sidenten und Haupt erkennet, „mit Verbannung und Ver *33.)* dämmung der Widrigen., „ *Hæc scilicet est formula & sty. Ezech. XIII,* lus curiæ clericalis, toties totiesque in Conc. Tr. * refo- *3. 6.* nans, in exordiis sessionum. *Quin ad inspirationem etiam * p. 139. (12.* S. Spiritus e.g. pronunciaffe iactat, nullum diuinum preceptum *34. 185.)* obligare ad Eucharistiam *sub utraque* sumendam. qui En- *Mich. II, 7.* thusiasmus, (vt Lutherus certo sensu vocat in articulis *1. Joh. II, 20.* Smalcaldicis) nimis, proh dolor! vbique frequens, nasci- *21. IV, 1. sq.* tur tum ex spiritu *honoris*, ac præsumtionis, tum ex erro- *Luc. IX, 55.* re, ac si absoluto decreto *Spiritus S.* sese adstrinxerit (etiam sacerdotibus, ** qui peccato mortali tenentur) tum *** p. 120.* ad characterem indelebilem, in ordinatione acceptum, tum ad formas conuocandi externas * canonicas; ex quibus re- ** p. 161. 163.* ceptis illi *to legitimum* (rechtmäßig) quasi iuridice æstima- *can. 7.* &c. Sicut autem habet ecclesia *promissionem*, quod semper sit habitura *Spiritum S.* ita & ex aduerso habet *comminationes*, quod sint futuri impii doctores, & lupi &c. *Apol. A. C. p. 148.* Quapropter tutissimum est, serio & in *re ipsa* attendere, quod perorarunt legati sedis Romanæ Sess. i. C. T: *Nisi peccata bene cognita & per specta fuerint, frustra intrari in concilium, frustra inuocari Spiritum S. &c.* *p. 12.*

§. XXV. Dicit porro Antagonista, magna cum asseueratione: es sey unmöglich, wer es mit den alten Vätern hält, daß derselbe den Catholischen ab- und den Ketzern beyfallen könne. Atqui nos non minus asseuerare possumus: plane impossibile esse, vt mentem *Patrum* contra se præsumere, aut ti- *1 Cor. III, 22.*

tulo hoc terreri debeat, qui *consensum uniuersalem Prophe-
tarum * & Apostolorum*, ex applicatione verbi, intra se ha-
bet de gratia Dei, absque humanæ *sectæ* studio 1. Ioh. II, 21.
* *Eph. II, 21.*
apol. A. C.
p. 173. sq. 75. Terreri multo minus possumus laude largissima catechi-
143. sq. smi *Petri Canisii*, S. I. Facile enim intelligimus ex adposito
figno S. I. id est, Societatis Iesu, quid sibi velit verbosissima
ista commendatio. Fit tamen commendatio hæc instan-
tissime *nomine Principis*: & ad eundem plane modum fa-
cta, *nomine Principis Brandenburgici*, reperitur in *speculo
veritatis* p. 18. 39. sq. A. M. DC. XXXII. Nec dubito, quin
Anonymus noster in renouata commendatione sua intelli-
gat *opus Catechisticum* Canisii maius, idem quod laudatur
in *speculo*: quod quidem opus non iam amplius mihi ad ma-
nus est, vt erat id olim Lipsiæ A. M. DC. XC, cum *Principi*
inscriberem inauguralem meam *de Ecclesia matre ex Hof II,*
2. & *Canisii* confessionem quamdam ex Augustino ibi iam
laudarem §. 44. At ad manus est versio *Canisii minoris* Gal-
lica, Parisiis A. M. DC. LXXXVI. in gratiam *recens conuer-*
forum, vt vocant, edita, studio S. I. in qua quæstio omnium
prima habet: qui doit-on appeller un *vray* Chretien?
Resp. celui, qui etant baptisé, croit *tout ce, que la S. Egli-*
se catholique croit & enseigne. quæstio *secunda*, ad *decimam*
vsque *octauam*, inculcat *signum crucis externum*, ceu notam
veri Christiani, plures adhuc quæstiones notæ isti impen-
duntur in ipsa fronte *des Cath. Catech. P. Canisii S. I.* Pra-
gæ M. DC. XCVII. Quasi vero abhorreamus ab *animo* eccle-
siæ primitiæ, quod attinet & *communione* Christiano-
rum seu *ecclesie*, & memoriam *crucis* sanctam. Viderint
ipsi, quos forment *Christianos* hisce notis ita inculcatis.
Ad manus etiam est editio *catechismi* Latina Colon-
M. DC. LXXIV. & Duderstadii M. DC. XCIII. edita, in qua
pariter, statim ab initio, quæritur: quis dicendus est *Chri-*
stianus atque Catholicus? Resp. qui baptismatis Sacramen-
to initiatus, I. C. veri Dei atque hominis salutarem do-
ctrinam in *ecclesia* profitetur, neque *sectis vel* opinionibus

abus
vrge
fiam.
fese
do
quan
qua
chism
cath
quoc
illo,
adpr
inde
quoc
plan
nem
culo
adpl
Spr
dara
her,
thol.
vollen
Teuf
und
sch
sein
ferne
und
rum
lure
i. q. 1
opi
mus
am a
bus

bus *vllis ab E. C. alienis abhæret.* Primum scilicet, quod
 urgent isti, semper est *ecclesia*, & definiunt postea Eccle-
 siam, non vt est in essentia sua catholica, sed vt restrictim
 sese habet ad hodiernum *statum sectæ* Romanæ. Commen-
 do cordatis viris Io. Launoi Sorbonici Theologi epistolam,
 quam A. M. DC. LXXIII, Parisiis scripsit ad Nic. Gatinæum,
 qua dolet, e Iesuitis *Canisum* primum fuisse, qui in *Cate-*
chismis suis falsas *ecclesiæ definitiones*, contra antiquitatem
 catholicam, inuexerit. Quibus perlectis nemo credit,
 quod audacter *Principibus* propinatur e *Canisio in speculo*
 illo, daß allein die *heutige Röm. Kirche* x. p. 18. nedum vt quis
 adprobare possit *persecutiones* illas, quas in aulis Germaniæ
 inde excitauit *Canisius* cum focis. Dolendum acerbe,
 quod hodieque *Patribus* plurimis mens obtruditur, quæ
 plane abit a scopo Christiano. v. c. in iis dictis, quæ ad fi-
 nem catechismi istius in exemplari Duderstadiensi vernacu-
 culo, ex Fulgentii libro *de fide ad Petrum*, reposita maleque
 adplicata sunt, tanquam dicta Patrum nobilissima, *Welsche*
Sprüche. 1. Halte es für gewiß, und zweiffle in keinem Wege
 daran, daß nicht allein die Heyden, sondern auch die Juden, Ke-
 zer, Abtrünnigen und Schismatiche, welche *ausserhalb* der Ca-
 thol. (d. i. der heutigen Röm.) Kirchen das gegenwärtige Leben
 vollenden, in das ewige Feuer gehen werden, welches denen
 Teuffeln und seinen Engeln bereit ist. 2. Halte auch für gewiß,
 und sey ungezweifelt, daß ein ieder Kezer, abtrünniger oder
 schismatic her, wenn er auch um *Christi Namens* willen
 sein Blut vergöße, iedoch in keine Wege könnte selig werden, so
 ferne er nicht wiederum der Catholischen Kirchen zugezehlet,
 und mit ihr vereiniget wird. Vera mens *Patrum* plurimo-
 rum, & ex iis quorundam Pontificum, legi potest in ipso
 lute Canonico dist. 90 *contra episcopos liigiosos* §. 3. & causs.
 1. q. 1. *de spiritualibus non emendis vel vendendis* §. 64 sq. *Si*
OPINIONEM vulgi sectantes, inrepidi sanguinem suderi-
mus, & substantiam nostram vsque ad mendicitatem pro pri-
am dederimus; si ITA martyrium fecerimus, vt nostras ve-
 li.

rophe-
 se ha-
 a. II, 21.
 techi-
 posito
 sissima
 nstan-
 m fa-
 speculo
 , quin
 ntelli-
 adatur
 ad ma-
 incipi
 Hof. II,
 oi iam
 s Gal-
 onuer-
 anium
 etien?
 Egli-
 rimam
 notam
 npen-
 Pra-
 eccle-
 tiano-
 derint
 leatis.
 Colon-
 in qua
 Chri-
 amen-
 n do-
 nioni-
 bus

limus AB HOMINIBVS reliquias honorari; HVIC OPERI non
 tam præmium, quam pœna debetur, & perfidie magis tormentum
 sunt, quam corona victoriae. EXTRA ECCLESIAM esse probatur, qui pacem cum proximo non habet. Tales
 ETIAMS I OCCISI IN CONFessione nominis fuerint, macula ista nec sanguine abluitur, nec passione purgatur.
Marcion, & Basilides, & ceteræ hereticorum pestes non habent DEI euangelium, VIA non habent Spiritum S. sine
 quo HVMANVM FIT euangelium, quod docetur. Nec putemus in verbis scripturam esse euangelium, sed in sensu, in
 medulla, in radice. IN ECCLESIA Dei, quæ corpus Christi est, aliter nec rata sunt sacerdotia, nec vera sacrificia,
 nisi IN nostræ proprietate naturæ VERVS nos PONTIFEX reconciliet. Sed vnde gaudebant Christiani? quia nomina eorum erant scripta IN COELO. Manifestissimum est,
 per crudelissimam insanissimamque SÆVITIAM in Alexandrina sede (fedi Romanæ idem propter idem quidni contingere queat?) omne cœlestium sacramentorum lamen extinctum, si quis DE ecclesia, HAERETICA PRÆSVMPTIONE exierit, a semetiplo damnatus est. Ibidem ex Gregorio I. §. 26. cum Paulus dicat: FVNDAMENTVM aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus IESUS. Consequenter probatur, vbi Christus non est fundamentum, nullum boni operis est superædificium, &c. &c. &c.
 Ad id ipsum quoque pertinet, quod cum Canisio ex Augustino laudavi, vt dixi, Lipsiæ. Plura de solatio piorum in schismate externo infra §. 29. 30. Legi in vniuersum meretur liber ICTI verustior, Goslariz 1621. typis exscriptus, Reformatio Papatus iuxta confessionem Augustanam, qua proponitur Romanorum Pontificum atque Conciliorum consensus cum A. C. in omnibus fidei articulis, cum præfatione Io. Arndtii ad Augustum iuniorem, Ducem Brunsvicensem. Cellis 1620. de quo ICTI libro ad eundem Principem Arndtii: will die Exemplaria der Reformation unter unsere Fürstl. Mäthe ausschellen, es wird noch manchen in unserer Evangelischen Con-

Con-

Confession confirmiren. Legi eodem fine meretur Abdruck eines Christl. Bedenkens über die Fragen (1) was eine Obrigkeit zu Rettung ihres Gewissens bey ihren Unterthanen, so anderer Religion sind, zu thun habe, (2) ob in Religions-Sachen einige Gewalt gebraucht, und die Freyheit der Gewissen gekränkct werden dürffe, (3) ob die in solchen Sachen aufgerichtete Verträge, Zusagungen und Eydschwüre verbindlich seyn? aus dem H. Wort Gottes, der Catholischen Kirchen ältesten Vätern Zeugniß, und gesunden Vernunft-Gründen, an eine hohe Standes-Person gestellet A. 1684. Scripti huius anonymi autorem se profitetur Spenerus T. 3. consil. Germ. p. 730. consil. Lat. P. 2. p. 77. 78. laudante hoc responsum D. Casp. Lœschero diff. de ἀναγκασμῶ. conf. Spen. c. Breuing. p. 117. sqq. 1388. 1392. & eiusdem der Evangelischen Kirchen Rettung von falscher Beschuldigung der Trennung. A. 1695. Breuingius autem scriptum suum AntiSpenerianum Legatis Cæsaris, Electorum & Principum Germaniæ, Francofurti ad Mœnum reip. causa præsentibus, inscripserat obtuleratque; teste præf. Spen. & ibidem in dedicatione ad protosynedrium Dresdensē.

§. XXVI. Ad fundamentum octauum, quod est a *multitudine sanctorum* in R. E. quærimus, quos & quales sanctos, an *canonizatos* tantum, vel hos præcipue, intelligat per ansehnliche. Agnoscimus nos lubenter vere sanctorum, τῶν ἁγίων ἡμῶν laudem prouenientem non ex hominibus, sed ex Deo Rom. II, 29. 17. sq. 15, 26. 1. Cor. IV, 9, 20. Matth 12, 1, 7. 19. 20. Luc. 10, 20.

Probra de nullis nostris sanctis, quæ fortiter admiscerentur cum acerba *comparatione*, (de qua iam supra §. 2. quam Pallauicinus P. 1. Hist. C. T. L. 1. c. 16. 11. 12. 13. extendit ad orientis vsque ecclesias, quæ fecunda *sanctorum* fuerit vel maxime *spectabilem*, sed ante schisma, quoad scilicet agnouerint supremum R. P. principatum; non amplius sanctos *spectabiles* habeat post apostasiam a R. P.) probant, hic etiam carnem præualere, & gloriam de carne. At nec ap-

E

pro-

probauerint, credo, omnes sub papatu eiusmodi restricti-
onem *sanctorum*, quæ non parum *Donatismi* habet; vt in-
de gigni possit *abominandus fastus*, æque ac ille, de quo in-
fra §. 31. (Luc. 17, 20. 21. Ef. 58, 9.) Sciunt præterea ex his
ipsis multi, quam varia forte iactetur Romæ causâ *sancto-
rum*. Mortuus Romæ est A. M. D. LXXVI post longum car-
cerem Bartholomæus de Carranza, Archiepiscopus Tole-
tanus, fama veræ sanctitatis; teste inter alios *Io. de Palafox*
(in notis ad epistolas *Teresiæ*. T. I. Cartas de S. Teresa p.
63.) quod Pallauicinus negare non potest; sed quia is suspi-
cionem vehementem fidei prauæ de se excitasset, causam
eius ita tractandam fuisse excusat; adscribens impudenter
sententiam: *nonnunquam eadem herba, quæ, non correctæ,
venenum est, & interficit, correctæ (in carcere inquisitionis)
medela fit & sanat.* P. 2. L. 14. c. 1. n. 4. Quomodo ipsa *Tere-
sia* sancto, quod vocant, officio inquisitionis Hispanicæ tra-
dita fuerit, ex parte refertur sub finem disquisitionis no-
stræ in spicilegio §. 4. Fudit hæc ipsa preces pro confessu
Tridentino, easdemque aduersus alios, sed absque Spiritu
persecutionis. Si tot essent Sancti inter eos, qui præsumunt in
R. E. minor esset numerus persecutorum. Sancti enim non
sunt persecutores. Nec ignorant, qui in ipsa R. E. viuunt,
posse aliquem *canonizationi*, quam vocant, haberi proximum,
qui longe absit a sanctitate horum, de quibus iam dixi-
mus. Extant sane ibidem varia iudicia de *Marco* illo fa-
moso *d' Auiano*, quæ mea non facio. Actum his annis Ro-
mæ, in congregatione rituum (*de Ritti*) de compluribus
sanctorum catalogo noue adiungendis solemniter, postquam
inter alia de *sumptibus* conuentum fuit: Legat quis, si pla-
cet, Iodoci Kalcouii epistolam, qua Colonensibus dedicat Ca-
techismum maiorem *Canisii* Latinum, & huius vt canonizati-
onem, *prestitis* scil. *prestandis*, a P. R. in *gloriam* vrbs suæ im-
petrent, ex obligatione antidorali; quia hic causam Colo-
niensem apud Cæs. Carolum V. in *castris* egerit; præter alia
persuadendi artificia, valde rogat. Legatur de aliis respec-
tibus

ctibus temporalibus, nimis vulgaribus circa ipsum cultum Sanctorum, G. Cassander in consult. p. 108. 112 - 115, 140. 152, 173. edit. Conring. Legatur quoque ex recentioribus diss. Viri Amplissimi I. P. Ludwig de *Norinberga tutelari*, nec non Dn. D. Marini Chladenii de *sanctis factitiis*. Item, quæ Ze- phyrinus de pace nuper confessus est post *Ernestum* Landgrauium Hassiæ de curia Romana in his & aliis casibus; cuius desideria sæpissime sua facit. Item, quæ alii habent de causis, cur quidam Imperatores & Reges præ aliis sancti, pii, magni, declarati fuerint,

Fundamentum certe, quod quis ex eiusmodi declaratione Pontificali petat, & in præsentem scopum dirigat, nullo modo firmum est in conscientia, nec probat quod probare debet,

Sin intelligit auctor *sanctos veteres*, qui e.g. Rom XVI Phil. IV. 22. alibique commemorantur, at tanquam bonum ecclesiæ, omnibus vbique fidelibus commune: argumentum sit prorsus *alienum* pro *præsente suaratione status*; sub qua tamen ecclesia ista dici vult vna sola S. C. Ecclesia. Nihil aliud probatur, quam fuisse *olim* sanctos in R. E. &c. quorum plurimis se ornare præ aliis non possunt ideo, quod Romani vel Romanenses sint. Sic Synagoga olim, quæ Christum ad crucem postulauit, multos sanctos colebat *diuos, non viuos*. Hodieque quamplurimi sub ipso Papatu conque- *Matth. XXIII, 29.*
runtur, premi hinc inde studium sanctitatis ac pietatis con- uitio *Rigidissimi, sanctulorum, sanaticorum, perfectulorum*; 30. 12. 1. 7. & quæ sunt ludibria alia, etiã recentissima. In materia de sanctiore studio disciplinæ pœnitentiariæ ad Carolum Borromæum, Sanctorum fastis adscriptum, prouocauit Ioannes Castoriensis in *amore pœnitente* p. 210. 383 præf. ibid. §. 8 9. Sed quo successu? Eo vero tropo, quo R. E. dicitur genuisse sanctos; dici *idem* debet *de aliis* ecclesiis. Sane ex *Papatu Ps XII. 100. qua tali*, vere Christiana vita esse non potest. conculcan- *artic Smal-*
tur potius vera simplicis sanctitatis fundamenta, vbicunque *cald. p. 325.*
papalia regnant in orbe principia. Romanensiumque ma- *281. Seck. 1. 2.*

list. Luth.
f. 160. l. 3.
f. 234. sqq.

xime scandala & profanam vitam ac artes simulandi dissi-
landique omnium primum totum inundasse occidentem
sub Papatu pressi dolent. Quibuscum boni nostrates,
quotquot sunt, voto serio vereque iuncti sunt sancto vincu-
lo communi *coram Deo*; salua tamen & illæsa omni reliqua
veritate. Nec inuidendum foret, si quacunque occasione
quis inter ipsosmet compellatur ad Deum ipsum Iac. III,
17. 1 Cor. 3, 21. 22, 23. 12, 13. Marc. 9, 39. 40. 49. Ezech. 9, 4.
Ebr. 12, 23. 2 Cor. 1, 13.

Catech.

Maj. p. 499.

§. XXVII. Quærimus porro, si fundamentum hoc,
sancto, non falso animo, a Pontificiis vrgetur, cur impu-
gnent ipsi articulum 7. & 8. A. C. & Apol. *quod ecclesia pro-*
prie sui congregatio SANCTORVM? Quærimus, cur minus pla-
ceat nostra illa (Symboli apostolici *de sancta catholica ec-*
clesia, communionem sanctorum) paraphrasis vere pacifica & ca-
tholica: credo in terris esse quandam SANCTORVM congregati-
unculam ex MERE SANCTIS hominibus coactam, sub vno capite
Christo per Spiritum S. conuocatam, in vna fide, eodem sensu
& sententia, multiplicibus dotibus exornatam, in amore ta-
men vnanimem, & per omnia concordem, sine sectis & schi-
smatibus &c? Quærimus, cur anathema pronunciet C. T.
si quis dixerit, eum, qui fidem sine charitate habet, non
esse *Christianum?* Quærimus, quidnam proprie velint per
anathema, si quis dixerit, *sacerdotes, qui in peccato mortalibus*
sunt, potestatem ligandi & soluendi non habere, per virtu-
tem Sp. S. in ordinatione collatam, tanquam Christi mini-
stros? cur Missam (quæ ipsis est omnium sanctissimus cul-
tus, verum & proprium sacrificium, idque propitiatorium,
in quo sacerdotes Christum Deo offerant, & cruentum il-
lud sacrificium crucis applicent pro viuis & defunctis)
cur, inquit, missam negent *inquinari vlla indignitate*
aut malitia offerentium? Querelam Gildæ Presbyteri de
ipsa fede Petri *immundis pedibus vsurpata* vide supra §. 21.
De periculosa distinctione inter fidem veram, quæ remaneat,
amissa etiam per peccatum gratia, & inter fidem viuam
itidem supra §. 19. Simile periculum est in satis frequen-

p. 73. 31. 59.

p. 120. sq. 134.

p. 147.
(infra §.
XXX. in fi-
ne) p. 125.

134. 73. can.

28.

te
pro
nou
ten
att
tu g
fit t
fus
niu
odiu
grat
non
ram
cas
de l
grat
& g
lebe
ri R
hur
Eo
non
nib
qui
dus
non
qua
ord
moa
R. E
qui

te

te hypothesi, quod impii quoque membra sint ecclesiae proprie dicta. Ratio hypotheseos non est arcana amplius.

Inquiratur etiam in veras rationes, cur ob dictum de noua vita, ceu optima poenitentia, nos *nouatores* appellent, ac anathemate feriant?

Expendatur, cur in fauorem doctrinae scholasticae de *attritione* ea, quae nostri in Scholasticis monuerant de *metu gehenna*, *poenarum*, ferre noluerint, ex hac ratione, quia fit tamen *Sp. S.* (assistentis, etsi non inhabitantis) impulsus; ipsum vero *internum Spiritus S. inhabitantis testimonium* [*sess. de iustif.*] in ambiguo fere relinquunt; idque in odium doctrinae euangelicae de ordinata certitudine status gratiae. quid? quod Andradius, qui sedente C. T. scripsit, non paucis ludibriis expoluit sanctissimam nostratum curam de *interno testimonio Spiritus S.* tanquam ideas Platonicas &c. conf. Pallauic. L. r. c. 8. ti. 6. 15. L. 9. c. 6. n. 4. p. 113. 56.

Quam profane maximi inter ipsos *Cassite* scripserint de *licentiis moralibus*, deque rebus *indifferentibus*, etiam in gratiam magnatum, diuitum, &c. testantur publica censurae & grauamina DC. LXVI. contra *Theologiam moralem* celeberrimorum Iesuitarum, ipsi Clementi XI. hodie regnanti R. P. A. 1703. denuo oblata; post tot testes S. veritatis, in hunc vsque diem; vt habeant certe, quod domi agant. Eo tamen rigore & constantia illos in *Cassitas* laxissimos non animaduertit curia Romana, impedita ex multis rationibus politicis; quo quidem rigore vtitur in miseros eos, qui notam fanaticorum incurunt. Totus etiam mundus sic in maligno positus vbique est, vt tantum periculi non metuat a pessimis morum doctoribus, quam ab aliis.

De *statuo Synodi* (ne quis deinceps clericus secularis, *quamuis alias sui idoneus moribus*, scientia & aetate, in *sacros ordines promoueat*ur, nisi prius legitime constet, vnde *commode viuere possit*;) admonita sunt non pauca ab ipso ciue R. E. in praefatione epistolari ad libellum, paulo rariorem, qui inscribitur: *traité des restitutions des grands* M. DC. LXV. p. 165.

p. 17. sq. 25. 33. sq. 42. Vide supra de scopo alieno *promotio-
num sacrarum* §. 22. in fine.)

Plura ad *octauum fundamentum* pertinentia suppeditat Sebastiani Schmidii Lutherische Frömmigkeit, oder ein Tractat von den guten Wercken, darinn erwiesen wird, daß aus der Evangel. Lutherischen Lehre für sich und eigentlich ein recht Christlich. frommes Leben erfolge; mit einem angehängten Beweise, daß der Lutherische Glaube, nach der Lehre unserer symbolischen Bücher geartet, ein rechter göttlicher Glaube sey. Dn. D. V. E. Læschers abgewiesener Demas.

Confessionem aliquam *de non sanctis maximis* in R. E. vide infra in Spicilegio §. 3. quæ vltimum nonnullum habet ad emendanda ea, quæ anonymus noster h. l. in fronte posuit. Wann auch, inquit, vermöge der Warnung Christi des Herrn, die wahren von den falschen Lehren aus den Früchten leichtlich zu erkennen se. Per illam enim confessionem vltima corrumpunt consequentia, quas necit contra *doctrinam nostram* vel relabuntur in ipsosmet. Dicto autem Domini de *factibus* nihil derogatum volumus, nihil dicto de *dignoscendis* inde *pseudoprophetis*. Arndtius L. 1. de V. C. c. 29 §. 2. 8. 9. c. 38. §. 9. 10. eiusdem libellus vom wahren Glauben und heiligem Leben. Speneri scriptum peculiare elenctum A. 1695: der wahre seligmachende Glaube, dessen eigentliche Art und Beschaffenheit, auch wie er unnützlich bey herrschenden Sünden bestehe, finale additamentum scripti c. Breuing. Bene illis in æternum, qui nihil commercii habent in affligendis vllis sanctis, ex verbo prophetico & apostolico facile dignoscendis! Apoc. 13, 6. 7. 10. 14, 1. 5. 7. 12. 16, 6. 14. 17, 6. 2. 8. 17. 18 18 20. 34. Ps. 12, 2. 5. 9.

§. XXIX, Fundamento nono nimis panegyricè & pompaliter differitur *de incomparabili numero ciuium* R. E. adeoq; & de nomine *catholicæ* * ecclesiæ. Affertur quidem ex Scripturis *prophetia* de *amplitudine* regni Christi *per totum terrarum orbem*; sed applicatio sancta deest. Non desinit Christus (sub ipso mysterio crucis; qua cum Christi cruce nul-

* C. T. p. 30.
98. 75. 101.
185.

lam habent conformitatem talia fundamenta) complere hoc *uaticinium*, spiritu ipsius dominante in medio inimicorum, etsi reuelatum *nondum* est regnum Christi, vt in *L. de ecclesia* notanter loquitur Apol. A. C. p. 147. *Nondum Christianos suos omnes coegit, sed Spiritus S. circa intermissionem, nobis sanctificandis, opus suum perficit, usque in extremum diem, c. l. p. 502. 499.*

Abfit, vt velimus externi iactantiam * *status florentissimi* * C. T. p. 165. *mi*, omnibus atque singulis tribuere, qui inter Pontificios Programmati sunt & educati: non tamen ægre ferre possunt mitem *ma Lips. F.* adeo dictorum eiusmodi *de multitudine* censuram nostram; *Reform. A.* quam illi etiam auctiorem omnino sibi ipsis contrahunt, qui *1694.* inter nos aliosque nati, similia cum mundo amant axiomata, *indiscrete patrocinium querentes in multitudine. ec- Ezech. XIV.* *clesiæ enim corpus non fit vnum permixtum quadam corporum confusione, neque singulis in indiscretum aceruum, & in- 3.* *formem cumulum vnitis. (de membris ecclesiæ §. præced.) Hilar. in Ps.* *121.* Immo nec nos propterea dicimus, (Augustinus scribit) *no- De vnit.* *bis credere oportere, quod in ecclesia Christi simus; quia Eccl. c. 16.* „ipsam, quam tenemus, commendauit Mileuitanus Optatus „vel Mediolanensis Ambrosius, vel alii *innumerabiles no- orat. ad* „stræ communionis Episcopi, aut *quia* nostrorum collega. *Arr. in* „rum conciliis ipsa deprædicata est, aut *quia per totam ter- princ.* *rarum orbem &c.* Quid ergo mirum, Nazianzenum Theo. *Pf. LXXIII,* *10, 11 15.* *logum iam ante illa tempora exclamasse: vbi sunt, qui ec- clesiam multitudine definiunt, ac paruum gregem aspernantur, paupertatem nobis exprobrantes!* Alium Nazianzeni insignem locum illustratum reperias inter alia in Bebelii Evangel. Glaubens-Krafft p. 36. sq. 121. sq. 64. 148. similiaque multa in dist. CL. Gedicci sub nostro præsidio habita *de diuina propagatione religionis Christianæ sub cruce.*

§. XXIX. Ipse viderit anonymus noster, quo pacto velit excusare vltima verba de sua R. E. Inmassen sie auch die Sache, den Kern, und das Marck dieses Nahmens (Catholisch) nach Anzeige der H. Schrift, und einhelligen Verstand der Väter

motio-
pedi-
der ein
as aus
n recht
n Be
mbo-
n. D.
in R.
habet
e po-
sti des
lichten
I cor-
stram
f ucti-
cendis
s. 2. 8.
d heilf
. 69f
rt und
Sün
Bene
endis
le di-
. 8. 17.
mpa-
oq; &
riptu-
terra-
Chri-
e nul-
lam

Autores
turbarum
 & *schisma-*
tum 3 *Iob.*
v. 9. 10. 6.
Luc. XI, 52.
1. Thess. 2,
14. sq.
Pacianus
ep. 3.
Pf. XXIV,
v. 7. 2.
Act. X, 35.
Optatus lib.
2. c. Parm.
Don.

ter in vollmächtigem Possess besigt und sehen läset. Nos affir-
 mare possumus, *rem, nucleum & medullam* boni sensus, qui
 fit forsan in nomine *catholicae* ecclesiae (vide meliora quæ-
 dam de *medulla & radice*, ex ipso iure canonico, supra §.
 25. item in *catholico discreto* Ernesti Hasiaci, in Tauleri *me-*
dulla animæ) in notis nostris ad C. T. p. 16 (5) 20 (1) 25 (4) 74-75.
 &c. dominantibus clericis horumque parasitis omnium mi-
 nime conuenire. Ratio hæc est, quia nullæ hypothesen,
 quam hæc clericales & pseudopoliticæ, magis impediunt ful-
 gorem sanctum *uniuersalis ecclesie & catholicae mentium*
unionis per totum orbem terrarum. Pax non est, *ecclesia*
 non est, *fides orthodoxa* non est, nisi iuretur in ipsorum for-
 mulas. Vos totum orbem paucorum vinculis alligastis, vos
 totam ecclesiam exiguae portiois infirmitate condemnastis,
 ut ubi vultis, ibi sit ecclesia, & non sit, ubi non vultis. -
 quid contra Saluatoris merita militatis? Permittite Filium
 possidere concessa; permittite Patri promissa complere, cur
 ponitis metas? cur figitis limites cum a Deo Patre Saluatori
 tota terra promissa sit, non est quæquam in aliqua parte ter-
 rarum, quod a possessione eius videatur exceptum &c. F. G.
 204. 232. 297. 247. 353. sq. 826. De vestigiis Donatismi supra §.
 2. 26. At quid multis? Neque noster, neque illorum status
 talis adhuc est, vt veritas præsumi queat de *multiudine*.
 Alia plane fundamenta poscit diuina veritas, ex quibus et-
 iam discernenda & diiudicanda sunt, quæ habentur in *theo-*
logia prophetica Francisci Fôris Otrokocfi, Tynauicæ A.
 1705. edita. Si enim insignes illas prophetias de statu ecclesie
 N. T. trahere velis ad eiusmodi titulos & sacra quasi rega-
 lia, interpretatio & applicatio mundanum aliquem Chilia-
 smum sapiet, Huius in *theologie propheticae* editionem con-
 sensit Martinus Szentjuany, S. I. tanquam Cancellarius Aca-
 demie Tyrnauiensis. Ipse autem Szentjuany A. 1701. edi-
 derat, vt hoc obiter addam, dissertationem *heresiologico po-*
lemicam de erroneis in fide dogmatibus, ab Anno 1600. vsque
 ad 1700. exortis; quæ dissertatio Germanice reddita A. 1703.
 stu-

Audio Io. Lydi S. I. Atque ibi reperitur catalogus *Principum* recens conuersorum ad Romanam ecclesiam, ostendens, quam valde in numero sibi placeat. Conferatur libellus, qui eiusdem auctoris nomine in lingua nostra nuper comparuit, titulo: 50. Uersachen, hodie satis ex aliis exemplis noto, ad nauseam vsque.

§. XXX. *Concordia & uniformitas sub Romano capite* (quam noster *decimum* voluit esse fundamentum) partim est coacta, falsa & seruilis, siue metu suppliciorum, siue spe carnali beneficiorum; partim externa, superstitiosa, & ceremonialis, ac aptata humanis affectionibus. Legitur textus quidam in C. T. * de *vnione* populorum cum capite Christo eaque vnio representari dicitur in missa, per mixtionem sacramentalem aquæ cum vino eucharistico; cum *aque* in *apocalypsi* B. Iohannis *populi* dicantur. Nos quidem illo de ritu sacramentali suas cuique cogitationes relinquimus: occasione tamen loci istius * *apocalyplici*, quem ipsi Tridentini adducunt, expendi candide petimus, qualis sit illa *aquarum* seu *populorum* adhæsiō, quale *caput*, qualis causa. Nec profecto (secundum *apocalypsin*) satis sibi, vel Romæ vel ipsi etiam *Romanæ* ecclesiæ *capiti* prospexit ille, qui (Principem maximum de *religionis* negotio commendaturus solemniter) descripsit (prop. m. 3.) *Romam* hac ipsa in causa, de qua & anonymus noster triumphat, tanquam *urbem dominantem toti orbi*. Quis enim, *apocalypseos* gnarus, audita ea Romæ descriptione, non meminerit ex eodem capite *apocalypseos* versiculi vltimi, quo *ciuitas magna, que habet regnum super reges terræ*, mulier illa seductrix est, *que sedet super aquas multas*. Tantam certe *mere spiritualis* communionis curam, quantam gloriæ externæ, verba anonymi nostri non spirant. Constat nunc orbi terrarum, per tot seculorum experientiam, quod * *conformitatis* & *concordiæ* genus scriptores eiusmodi intelligant, *mere politici* scilicet, cum ad *unitatem* illam priscam hortantur ipsi *sub ipsius Christi nomine*. At si nihil aliud quaerant quam

Apoc. XIII.
4. 8. 15. 16. 17.
* p. 51.

* *Ap. XVII.*
15. 1. 2. 13. 18.

* *bullæ Bonifacii VIII.*
ad 6. *Decret.*
Jer. V, 31. 5.
* *C. T. p. 100.*
sq. 144.

conformitatem cum *Christo capite*, eiusque verbo ac spiri-
 tu; cur e. g. non permanserunt in institutione *Christi* eucha-
 ristica? cur non retinuerunt *uniformitatem* cum primitiua
 ecclesia? cur non perfliterunt in sanctissimis & sapientissi-
 mis *Christi* Testatoris rationibus, aptatis ad *consonantiam*
 totius mysterii? cur superioribus seculis tot summis Princi-
 pibus, tot populis, tam enixe volentibus signum edi resar-
 ciendæ *vnitatis*, & *Christi* mentem in *institutione* S. cœnæ sa-
 tis clare percipientibus, signum candoris & vnitatis vere
 catholicæ edere recusarunt? Etiam cum e. g. de *conditioni-*
bus, quibus *usus S. calicis* concedi posse videretur, aliqui a-
 gerent; quem non rigorem in iis reperias? Neque tamen
 præfides Concilii Tridentini rem ventilari patiebantur in
 concilio, sed multas post elusiones res tota reiecta fuit ad
 R. P. Quid videtur æquo lectori de hoc processu? Prima
 „*conditio* fuerat: sub vtraque specie communicare volentes,
 „*in reliquis omnibus* quoad fidem, doctrinam, ritumque
 „*conueniant cum iis omnibus*, quæ a R. E. sunt recepta, nec
 „non decreta omnia huius synodi, *tam promulgata, quam*
promulganda, religiose admittant, & obseruent, secunda:
 „vt Pastores credant & doceant, consuetudinem receptam
 „laudabiliter & tanquam * *legem* obseruandam, *nisi ab ec-*
 „*clesia* aliter statuatur; quodque aliter pertinaciter senti-
 „entes, hæretici sint censendi: nec alii dent *communione* sub
 vtraque, *nisi* qui crediderint hoc & confessi fuerint &c.
 An ita pacifici, quæso, licuit de summa rerum, a nobis nul-
 lo modo dependentium?

* p. 142.
 ib. p. 145.
 57. sq.

In vniuersum constat ex certis documentis, qua ratione ac
 via in C. Tridentino suffragia vt plurimum collecta fuerint,
 alterque alteri sese *conformauerit*, vt * *de vno omnium pa-*
trum consensu isti postea orbi terrarum persuaferint. Pror-
 fus ergo alia mereque humana sunt, quæ compagem Ro-
 manam adhuc continent, quæ suo palam tempore omnibus
 reuelabuntur. Videatur diploma Innocentii X ad Iubilæum
 A. 1650, in eoque singularis apostrophe ad Reges & Princi-
 pes,

pes. Et fasciculus *συνόψισιν* I. Olearii, nunc in pace laboribus suis ipsaq; vita defuncti, Soceris mei desideratissimi p. 320. 65. sq.

Intestinas discordias acerbè passim obiicit nobis idem *Hopfn. Sa-*
anonymus; domesticas suas, easque momenti haud exigui, *non. En. p.*
plane dissimulans. quid enim e. gr. futurum tandem sit circa *46. sq. 228.*
questionem illam capitalem *de supremo iudice conuouersia-*
rum, Papa, an concilio? nondum definitam inter ipsos, nec *232. ed. 1672.*
definiendam vnquam, deque multis aliis rebus, subinde re-
crudescentibus, quid tandem futurum sit, remoto velo dies
docebit.

Qui pii sunt inter nos, solantur se illo typo crucis Jo. VI,
66. 67. Luc. XII, 49 - 52. sq. 58. 4. II. Matth. X, 18. 21. 28. dete-
stantur discordias, quæ omnes vbicunq; sint, sunt proprie e
fermento & spiritu Pontificio, (per §. 29.) & quærunt hi, imo
habent, vere *catholicam* & sinceram illam concordiam, quæ
fructus est spiritus, qua tranquillare possunt conscientias. I.
Ioh. III, 19. I Cor. XIII, 6. non est hoc *vnitatis* studium, suspe-
ctæ studium commoditatis, non opus mere externum falsæ ac
lubricæ prudentiæ. Veniat vero, veniat hora, qua magis in
conspectu sit omnium vis vnita spiritualis vere credentium!
Veniat dies opportuna, qua remoueatur paries *intergerimus!*
Ioh. 10, 4. 9. II. 14. 16. Ef. XXIX, 20. Eph. II, 14, Iac. 3, 13 - 18. 2, I.
2. sq. I Cor. XI, 22. 6, 4. 3. 21. sq.

Interea temporis sufficit piis ad pacem cordis, *consensus* *apol. A. C.*
prophetarum, qui profecto iudicandus est *vniversalis eccle-*
sie consensus esse (adeoque supplere reliquos defectus, si qui *173. sq. 143.*
vel sunt vel putantur) nostris vero aduersariis, eorumque si- *sq.*
milibus, dominatum semper, sub *vniformitate*, captantibus,
concordia hæc spiritualis minime sufficit, nequidem ad vl-
lam pacem ecclesiasticam. Feriunt enim ii e. g. quos iam
maxime ob oculos habemus, durum *anathema*, si quis dixerit
hominem, *quantumlibet perfectum*, non teneri ad obseruan- *C. T. p. 71.*
tiam mandatorum *ecclesie*. Idque vrgent sub ratione **cul-* *74. 98. 187.*
tus Dei. Adeo rem omnem isti quidem exasperant, mandata- *189.*
que *sua*, qualia qualia sint, imponunt conscientias, etiam eo- **p. 135.*
rum, *p. 163.*

spiri-
acha-
ntiua
ntissi-
ntiam
inci-
esfar-
æ sa-
vere
ioni-
ui a-
amen
tur in
uit ad
Prima
entes,
nque
n, nec
quam
anda:
ptam
ab ec-
enti-
m sub
t &c.
s nul-
orte ac
erint,
m pa-
Pror-
n Ro-
nibus
llaum
rinci-
pes,

rum, qui iam pervenerunt ad solidiorem & maturiorem statum veritatis. 1. Tim. IV. 3. 6. 16. Adeo hinc parum ab istis attenditur *perfectio*, quam prae nobis aestimare videri volunt: faciles in dimittendis divinis, difficillimi in humanis.

p. 140. sq.

Prodiit Pragæ A. 1699. liber singularis, qui inscribitur: P. F. P. S. I. *Argumentum in speratum*, quo contra præsentem statum ecclesiæ nostræ valde vrgetur defectus *capitis ecclesiæ*. Non defuerunt ex nostris, qui delinearunt fontes respondendi: ex quibus etiam nostra, quæ præscripsimus, solatia deriuari, illisque iungi facile possunt, Maxime vero huc spectat, quod iam A. 1692. eodem scopo præmonuit illustris Seckendorff in fine libelli, nouissime recusi, Bericht und Erinnerung; falsis iis, quæ ibidem domesticis nostris scripta extant in præfatione Speneri de non dando Scandalo Pontificiis. & P. 3. serm. pœnit. p. 64. 101. 399. 222. 131. 368. Eodem tendit Dn. D. Günth. Th. Lips. CL. in diss. doctorali p. 11. sq. 26. 61.

supra §. V.

§. XXXI. Corruit tandem, his detectis, fundamentum II. & 12. sine prætextus *piæ humilitatis ac obedientiæ*. Nam non potest ex his principiis purior esse conclusio, quam sunt ipsa præmissa principia. Qualis enim sit illa *submissio*, ex formula publica professionis fidei intelligi potest. Quem eundem in finem, nos tot exempla e C. T. transcripsimus, ne quis de falsis imputationibus suspicari iure queat. Vbi rerum adsunt testimonia, nil proficiant pigmenta verborum.

C. T. p. 185-
187. 181. sq.
163. 23.

Kutheri libellus de libert. Christ. cum notis nostris.

Testimonium nobis præbet conscientia nostra in S. Spiritu, totos nos fauere vere piæ humilitati ac obsequendi studio, qui abhorremus toti ad omni arrogancia, temeritate, separandi se libidine, *κρυδοξία & δραξία*. Sed talia hæc sunt, quæ a nobis postulantur obiequi ac humilitatis specimina, ut ea nos compellant ad illud maseulum Petri & Iohannis: *scilicet iustum est in conspectu Dei, vos potius audire, quam Deum, iudicare*. Act. IV. 19. 26. obedire oportet Deo magis, quam hominibus. V. 29. Scriptura non laudat aliam humilitatem ac obedientiam, quam quæ est *κατ' ἐπιγνώσιν*, quæque ordinata & recte purgata prius per fidem sub prima tabula Decalogi, &

ex prima ad secundæ tabulæ officia ita transit, ne quis pia hac specie submittat se in his malitiæ hypocritarum, aut suo indulgens genio abiecte se conformet horum fraudulentis consiliis, machinationibus, atque persecutionibus. 1. Petr. I. 22. Rom. XVI. 19. II. 8. Gal. III. 1. V. 8. I. 8. seqq. 1. Cor. VII. 23. Apoc. XIV. 4. 9. 14. 2. Cor. XIII. 8. Ef. VII. 11. 12.

Apostoli, *scientes timorem Domini*, cum persuadere stude-
 derent hominibus, in *conscientiis* audientium manifesti esse
 volebant, commendantes semetipsos mera & sincera manife-
 statione veritatis ad omnem conscientiam hominum coram
 Deo, plus certe, quam inanem obsequii gloriam, relinquen-
 tes suis auditoribus 2. Cor. V. 11. I. 24. IV. 2. XI. 20. nec pro
privato ausu habebant, quod auctoris nostri est vocabulum,
 si quis audita libere conferret ad diuinam regulam. Absit,
 sic ipsimet in colloquio Thoruniensi, vt *negemus*, dari PRI-
 VATIM unicuique *fideli* eam *Sp. S. gratiam*. *Nisi daretur, im-*
possibile foret Scripturas & Scripturis credere, sicut oportet,
 QVANTVMCVNQVE TESTARETVR ECCLESIA. Vere au-
 tem dixit B. Lutherus: esse hoc primum, & fore quoque vlti-
 mum argumentum contra pios: *num tu solus sapias?* At, idem
 inquit Lutherus, non separabit me censura ecclesiæ ab eccle-
 sia, *si iungat me veritas ecclesiæ*. Potest sane cultus Dei verus, &
 vera in Christum fides, vita & mors beata, adeoque & salus
 æterna, nec non tranquillitas publica, ac fides Principibus de-
 bita, & ordo in ecclesia, vbiuis absque Papæ humano isto
 homagio & absque omni simili nexu ac obsequii adstricti one
 habere locum.

Præteriri denique non debet, quod *Princeps ipse* vel
 maxime in hac *obsequii* declaratione loqui fingitur. satis ar-
 tificiose fateor. *Als haben wir, ita habent verba vltima, nicht se-*
hen können, wie wir vor Gott dem abscheulichen Fleck höchster und
äußerster Nothart hätten entgehen mögen, wann wir unser eigen pri-
ua. Bedüncken, in Sachen, so den Glauben und wahre Verstand der
Schrifft betreffen, der Antiquität und allgemeinen übereinstimmen-
den Urtheil der Catholischen Kirchen vorzuziehen, anmassen wolten.

Lact. lib. 2.
 de orig. err.
 c. 7.

Act. XVII, 11.
 34.

T. 1. Ien. L.
 f. 56. b.

sta-
 at-
 fa-
 bitur:
 ntem
 eccle-
 es re-
 so-
 o huc
 ustris
 Erim
 xtant
 is. &
 t Du:
 am in
 non
 t ipa
 rnu-
 idem
 is de
 sunt
 Spi-
 i flu-
 e, se-
 sunt,
 nina,
 nis: s
 eum,
 n ho-
 ac o-
 inata
 gi, &
 ex

Derowegen wir nicht allein der Fürsichtigkeit, sondern auch der
 Christl. Bescheidenheit gemäß, unser eigen Urtheil in der Lehre des
 Glaubens, der einigen H. Cath. und Apost. Kirchen unterworfen
 und hiemit ewiglich wollen unterworfen haben. Scilicet non de-
 mum hodie, sed iam pridem observatum fuit singulare illud
 artificium, quo Pseudo-clerici, aliique nec iussi nec rogati, so-
 lent interpretes agere Principum, hosque ita loqui facere,
 quam vellent ipsi vt hiloquerentur & sentirent. Anteuer-
 tunt ergo hos, & præeunt verba, formulasque lectissimas, &
 succurrunt paraphrasi sua valde morali de legibus *modestia*
 ostendendæ, de auertenda omni specie *abominandi fastus* &
presumptionis. Obliti interea inquirere in semetipsum, an
 cum legibus *modestia* conueniat, ita sumere personam Prin-
 cipis, vel annon *abominandi fastus* reos se suosque faciant, qui
 ad se, hoc est, ad statum ecclesiasticum; hoc est, si placet, ad ec-
 clesiam; eiusmodi subiectionem audent retrahere. (de alio
 periculo *fastus* supra §. 2. 26. 24.) Quæ vero hæc rerum diui-
 narum ἀνάλογοι! quæ, quæso, facies! quæ confusio! quæ con-
 sequentia, ab antiquitate ad imperium! Quod si enim quæ-
 ritur, quid antiquitas vno corde docuerit, & quo pacto do-
 cuerit: quid hoc ad Principatum sacrum in his terris? in ec-
 clesia est submissio mutua, vnius ad alterum; saluo omni bono
 ordine. 1. Petr. V, 5. 1. 3. 12. 13. Quæ ad salutem æternam obti-
 nendam pertinent, plana sunt, si modo sequamur: in reliquis
 etiam alta pax & quies foret, nisi vbiq; fere obstaret ὁ Φιλο-
 πρωτίων.

An ius, quæso, episcopale circa sacra administrare Reges
 Christiani possint, sine proprio studio Scripturæ S. Deut.
 XVII, 19. 2. Reg. XXII, 11. 19. XXIII, 1. sq.? An salus publica
 promouetur dissimulato vero hoc officio? Meliora sane ha-
 bet subinde Andr. Masius in Iosiam, Erasmus Roter. dedic.
 paraphras. quatuor Euangelistarum.

Plane autem ab ausu *privato* (vni eigenen priuat-gedün-
 cken) abesse curam *uniuscuiusque* de religione; simplicissimis
 verbis enunciabant Principes Evangelici tempore Edicti Spi-
 rensis

tenfis A. 1529: causam ad *omnium* curam & salutem pertinere
 sine alterius *iniuria*, non esse priuatam causam, sed *publicam*
 singulorum. Optime quoque Landgravius Hassiæ Philippus
 in solenni conuentu A. 1546: in omni disceptatione, inquit,
 iudicii summa merito defertur verbo Dei, quod minime est
 obscurum, modo sese mens hominum accommodet. Nam,
 pergit, & peccatum nobis ostendit, & ad pœnitentiam vi-
 tæque emendationem nos inuitat, & Christum nobis pro-
 ponit, qui mundi peccata sustulit, in cuius etiam nomine De-
 us est inuocandus, ut Spiritum suum sanctum nobis largiatur.
 Et rursus A. 1529 Melanchthon ad Henricū VIII, R. Angl. ob-
 edictum, religionis causa promulgatum: phrasis ostendit,
 episcopos *autores* esse, non te. Agnosce, quæso, Diaboli insi-
 dias, qui quidem in primis *gubernatores* adoriri ac tentare so-
 let. Ad has res abutitur hypocritarum ingeniis, & potentum
 viribus, & augetur pertinacia, & stabiliuntur veteres erro-
 res. Eo vsque autem dum adscenditur, quo volunt
Pontificii proprie sic dicti, & quorsum hi eorumque similes
 omnia sua resoluunt: nihil spirituale per hoc impetratur,
 quia nihil ita quæritur. Non autem potest non nasci inde in-
 finita collisio ordinum, & praua cupiditas, cœcaque populo-
 rum concertatio, & odium plus quam lacrymabile. Qui at-
 tendit, capit, de quibus loquar proprie: quod nolim seruire
 sectæ; quod tamen nolim decedere quicquam veritatis testi-
 monio: quod nolim exacerbare quemquam, nedum affli-
 ctos iam satis sub secta, vel irretitos calamitose; quod tamen
 omnium interfit, detegi fraudes & laruas, quoad fieri potest:
 id quod fit sine vlla iniuria. Instat dies, quæ reuelabit *abscon-*
dita, quæque fecerit confusa, in lucemque proferet, quis
Christo, eiusque sponsæ *ecclesie*, verbum *Dei* clarum fideliter
 proponenti, amorem & honorem verum addixerit, quisue
 secus. Sciunt iam peticiores, quid subit sub eiusmodi præscri-
 pta abnegatione *priuari* iudicii, *priuarum* nempe commodū
 vnius ordinis & confortium. Sciunt quoque, quid sibi velint
 isti præscripta exaggeratione *vom abscheulichen Flecken* &c.
 optan-

ch Des
 re des
 orssen
 on de-
 illud
 ati, so-
 acere,
 teuer-
 nas, &
 deftia
 tus &
 os, an
 Prin-
 nt, qui
 ad ec-
 le alio
 a diui-
 e con-
 quæ-
 do do-
 in ec-
 i bono
 n obti-
 eliquis
 6 Q19-
 Reges
 Deut.
 ublica
 ne ha-
 dedic-
 gedum
 affimis
 ti Spi-
 rensis

optantes, ne summum ipsis esset, hoc *peccatum*; reliquis *peccatis* non ita exaggeratis. Vide alium textum von *Sünden und Greueln* paulo post in spicil. §. 3. Puro certe affectu ver-
 fandum est in doctrina de *peccatis*, nisi suspectos nos velimus reddere maxime. Ioh. IX, 34. 41. Quin etiam ipsi se produnt magis magisque, qui locum ecclesiae imo *Christi* sibi sumunt, quo in censu ipsis sint res vel piissimorum Principum, quibus iam parum gratiae refert Romana curia; quorum vero regna & prouinciae multo pacatius se haberent, nisi Papatus esset, vel Papatus imitatio. in rem praesentem euoluatur *institutio Ioannis Friderici*, Ducis Stetini Pomeraniae A. 1554. collatis, praeter Langueti epistolas, Philippi Melancthonis illis ad Carolum V. Imp. Franciscum I. Reg. Gall. Henricum VIII, Angl. aliosque Principes, nec non ipsius Georgii Anhaltini Principis *Schriſſten an hohe Potentaten in Religions- sachen.* f. 367. b. - 432. & Hermanni Conringii *concuſſione fundamentorum fidei Pontificiae*, Christiani Alethophili *Antwort auf Christiani Conscientiosi Gendſchreiben* edit. Jen. Eiusdem Alethophili *vernünftigen Gottesdienst.* edit. Rig. 1685. N. L. *War- nungs- schreiben an eine Person von Qualität A. 1697.* Fasciculo nouissimo ex Speneri scriptis collecto, tit: *Geistreiche Vor- stellung des Ungrundes unterschiedlicher Päpstischen Lehren*, simili- que fasciculo, qui eodem tempore Francofurti ad Moenum prodiit, tit. *gerechter Eysen gegen das Antichristliche Papst- thum*, sermones Speneri Dresdenses de beneficio reformationis euangelicae praecipue exhibens.

Atque sic existimamus ostensum, quantopere a scopo vero religionis, & a diuinis characteribus causae simplicis, ac
 1. Iob. IV, 5. purae veritatis, persuasiones eiusmodi abeant. Quibus ta-
 4. V, 4. 5. men, similibusque, quotidianis prauiudiciis, omnino exuen-
 II, 26. 27. dis peruincendisque, inter tot vbique praualentia scandala,
 Luth. T. I. nemo nisi per diuinas vires, abnegando mundum & Pharisaic-
 Ien. L. f. sumum, in fide ac obsequio J. C. crucifixi, suffecerit. Nam
 487. *fn.* mundus, qui in suis rebus eodem vitur palladio, quo stati-
 ftae illi ecclesiastici, spiritum veritatis non potest recipere Jo.
 XIV,

XIV, 17. XVI, 2, 20. XVIII, 30. Gen. XIX, 9. Luc. XIX, 14.
27. 42. 47. Ier. II, 13. 26. 31. XIII, 13. 21.

Minime quidem in se pondus habent hæc præiudicia: sed facit mundi totius spiritus, nostraque ignavia & præsumptio melior de fraudulentis hominibus, vt speciem illa habeant quandoque, sub aliis aliisque occultata vocabulis. Minus certe speciei haberent ea, si lux doctrinæ & vigilantia luceret dignius inter nos, in singulis ordinibus. Plura, quæ nobismetipsis & aliis omnibus, hoc præsertim tempore, cordi habenda sunt, ne obruamur scandalis & apostasiis nouis, reperias in Speneri libello nuper cum præfatione recuso: *Christliche Auffmunterung zur Beständigkeit bey der reinen Lehre des Evangelii.* item Theol. Bedencken 3. Th. p. 707. 736. sq. 887. 967. 572. 579. 618. im 4. Th. p. 297. 472. ibidem im letzten Volum. im 2. Th. p. 31. 278. sq. 343. im 3. Th. p. 501. 730. 751. seqq. Consil. Lat. P. 2. p. 169. 185. 90. P. 1. p. 120. b. 159. b. 343. b. P. 3. p. 31. b. 33. b. 48. b. 52. 4/2. 412. 456. Evangel. Lebens-Pflichten. Th. p. 125. 618. 128. 60. 70. 618. 673. im 2. Th. p. 276. Bußpred. 2. Th. p. 89. 126. 163. 270. 241.

Domine, iustus es, & iustissima sunt tua iudicia: nam peccata nostra, quicquid tandem suscipiamus, *respondent contra nos.* Non est, Iehovah, brevior manus tua, quam vt seruet, neque grauior auris tua, quam vt audiat: sed reluctatio spiritus nostri diuisionem facit inter nos, teque Deum nostrum. Iuste punimur ingrati, per quod peccauimus: necdum tamen agnoscimus manum tuam, & nausea facti sumus (in modo viuendi & docendi) omnibus populis. Odio contemptuique nobis sunt, qui admonent, ac ipsi ploratus nostri molesti sunt. Ipsa displicent suspiria. Etiam ecclesiastici, quasi iam sint omnes conuersi, obdurant aures ad verbum pœnitentiæ, conuiuemus ad mala quæque, quæ DEVM afficiunt. Nitimur vsque huc pertinaciter in contrarium: nam hu-

G

ma-

2. Cor. V, 2.
6. 11.
Ezech. XXII
26. 19.

mana ubique sunt, quæ rerum potiuntur a longo tempore, in omni vitæ genere. Alter alteri adulatur. confidit mundus in brachio possessionis suæ; contra sibi quisque metuit ab accurato studio conscientiæ. Conspirant passim pseudo-politici & pseudo-clerici, & religionem quasi dominantem statuunt pro scopo temporali; testimonium autem veritatis habent pro dominatu. Iubentur ipsa dogmata seruire carnis commodo; seruire rebus secularibus; omnisque seriæ contritioni clauditur aditus. Usque quo igitur, Deus noster! circumspicimus, & vix est, qui tandem attendat: quis est, qui se ipsum iudicet? quis credit necesse esse, vt quis tentet *se ipsum*, an sit in *fide*? quis demum vult discere, vt ipse probet, vt cognoscat ipsemet, an tu, Christe Iesu, in ipso sis? quid ergo possint in tam extrema rerum omnium confusione recte discernere? Tu, Domine, solus nosti, quis agnoscat venientia tua iudicia, & tuam impleret misericordiam. Miserere nostri! Iesu Christe, vnica salus mundi! Iram tuam, Domine, portabimus, quoniam peccauimus, & in luctu publico expectabit misera filia Sion,

ne latentur tot inimicæ nostræ de nobis in perpetuum! AMEN!

Matth. 24,
9. 38. 49.
Apoc. XI, 10.
18. XIII, 3. 12.
10.
supra §. 5.

Quoniam promisi *spicilegium* quoddam ex aliis schedis, quæ ad nostram tractationem pertinent, instituire: faciam breuiter, & eo ordine, quo eæ id temporis in manus meas peruenerunt.

Eodem, quo nostra scheda, anno, duæ distractæ aliæ sunt Vratislaviæ Silesiorum, Glatii vero impressæ. Vna titulum habet, *Nabstisches Lutherthum*, Episcopo Iaurinensi eidemque Principi celsissimo consecrata ab *Academia*, quæ vocatur ibi *amoris*, tota scatens mere profanis illusionibus, nihil

sane

sane spirans amoris Christiani. Altera, Grund-Arsach warum
 Jhro N. Durchl. N. N. habe die Lutherische Religion verlassen
 müssen. cuius auctorem esse Iesuitam Vratislauicensem *Schaf-*
ferum Io. Güntherus S. Th. D. & Ecclesiastes Lipsiensis pro-
 didit, eique ex asse respondit. *Schuf-Schrift* p. 161-170. &
 quidem p. 166. 167. 168. ea habet, quæ paragraphum nostrum
 XIII. optime illustrauerunt. Ad finem vero §. XXII. perti-
 net huius integrum scriptum, D. Helwigio oppositum,
Schuf-Schrift. p. 170. 162. protestatur: Daß Herr P. Schaf-
 fer eine hohe Person bey gegenwärtiger Streitigkeit mit eingem-
 schet, daran hat er nicht recht gethan. Denn wir sind nicht gefest
 in gegenwärtigen Schrifften über Dieselbe zu richten, sondern ic.
 Idem detexit illud *Academiae amoris*. *Beschluß-Schrift* p.
 58-65-76-91. *Anhang zur Beschluß-Schrift* p. 5. 14. Conf.
Sendschreiben an einen Sächsischen Theologum A. 1711. we-
 gen der 50. Motiven, *Reflexiones über den Abtritt* 1707. p. 123.
 124. 14. 134. Quæ autem A. 1712. *Liberius* quidam *Verinus*
 contra dictam epistolam (*Sendschreiben*) diuulgauit, rem
 ipsam non tangunt magis, quam illa superius narrata de ex-
 scriptione in nostro exemplo §. 2. Iam etiam publice constat
 de nouissimis vindiciis epistolæ.

Mihi liceat huc referre, quæ ad libellum illum (*Päb-*
stisches Lutherthum) iam notauit secunda mea edicione, cum
 spatium tum superesset, argumentumque, quod vindicatum
 ibam, & fructuosum & gratum fore crederem. Argumen-
 tum continebatur in verbis illis insignibus, quæ publice
 decantamus: es ist mit unserm Ehun verlohren ic. Quæ ver-
 ba *penitentia* studio præiudicare damnunquæ dare existi-
 mauit aduersarius. Qui si nihil voluisset aliud, quam vin-
 dicare penitentia studium, & abusui verborum obsistere,
 nos nequaquam haberet repugnantes. Sunt enim inter *B. Schad.*
 nostrates ipsos, pie iam defunctos, qui serio admonuerunt, was fehlt
 ne quis verba in *spiritu* posita raperet ad *carnis* ignauiam mir noch?
 aut astutiam. Igitur, vt constet, & *verba* illa cantici, & *sect. 1. q. 37.*
mentem auctoris gaudere sanctissima innocentia, notandum.

1) Perperam discerpi verba & sensum ab *antecedentibus*. nam præcedit: die Gebot' all uns gegeben sind, daß du dein' Sünd', o Menschen-Kind! erkennen solst, und lernen wol, wie man vor GOTT recht leben sol, Kyrie, eleison! Præsumito sic pectore, sequitur suspirium ardentissimum: das helff uns der HERR JESUS CHRIST, cum argumento *euangelico*, der unser Mittler worden ist, & agnitione nostri, quod nullæ sint *nostræ* vires: nullum nostrum *meritum*: nullum meritum ex *lege*, nisi meritum *iræ*: es ist mit unserm Thun verlohren, verdienen doch nur eitel Zorn. Quid non in his omnibus, recte distinctis, spirat veram *penitentiam*?

2) Remouetur ergo nihil aliud, quam 1. opinio *proptiarum* virium, 2. opinio *meriti* *, eigentlich davon zu reden. 3. fiducia ex *lege*. Nec præsumere poterat Lutherus, in verborum *spiritualium* ordine tam pio, sensuque tam *proprio*, quicquam desideratum iri. Vox verdienen ipsis hic ingrata est, sed non modo poscebat illam temporis ratio, sed multum etiam meriti hæc collisio, necessaria in condemnatione *sui ipsius*, facit ad contritionem, vt peccator nouerit, se iram potius *promeriturum*, si fouere apud se velit vllam sui ipsius fiduciam, vel etiam opinionem cultus electitii. B. Schad. c. l. Bebelius *Evangelische Glaubens-Krafft* p. 93. 106. immo ipse Lutherus in catech. mai. p. 453. l. 12. p. 507. l. 2. p. 375. 371. 129. 492.

Quibus necessario remotis, manet illud, indeque demum sequitur: quod Deus postea opera fidelium, qui *nihil* sibi sunt, *euangelico* respectu æstimet pretiosa, & coronet gratiosissime, neque tunc reputet *quæ illa exspectata*. Re-
pete ibidem p. 453. l. 9. sqq. p. 135. 482.

3) Sic quidem porro officium *recte viuendi coram DEO* nullo pacto declinamus. Quærimus enim ex Christo etiam beneficium efficacix: das helff uns der HERR JESUS CHRIST! sonst ist's mit unserm Thun verlohren! Ipse iterum auctor interpres esto. Da stehen wir mitten in Angst und Noth, und können uns nicht selbst heraus helfen. Denn aber ist das Gesetz er-
tamt,

* *Sebast. Schmid. Kernspr. p. 1306. Spen. Th. Christ. 2. p. 615. similia in Hapfn. de iustif. p. 4. 41. 271.*

Post. eccl. 18. Dom. p. Trin.

kannst, wenn ich darans lerne, daß ich verdamm't bin, kan auch mir *5 Dom. 12*
 selbs nicht helfen, da ist's Zeit, daß ich mich umsehe nach dem, *p. 499. 502.*
 der es thun kan. Und das ist Christus Jesus, der eben da *589. edit.*
 rum ist Mensch worden, und uns gleich, auf daß er uns aus *Berol. A.*
 dem Schlam hülffe, darinn wir stecken. Und das gehet also zu. *1700.*
 Christus hat uns durch sein Sterben erworben den Heil. Geist.
 Der thut das Gesez *Id* uns, und wir nicht. den Geist kanstu
 dir selbst nicht verdienen, sondern Christus hat ihn dir verdie-
 net und erworben. Wenn ich das von Herzen glaube, daß mir
 Christus solches gethan hat, so überkomme ich denselbigen Heil.
 Geist. Der macht mich dein gar neu. Da ist mir dann alles sü-
 ße, lieblich und angenehm, was Gott gebeut, und kan dann alles
 thun, was er von mir haben wil, aber nicht aus mir, sondern aus
 Krafft des, der in mir ist, wie St. Paulus sagt: ich vermag alles
 durch den, der mich mächtig machet, Christus. eben darum leh-
 ren wir den Glauben, damit das Gesez möge erfüllet werden. sol-
 ches wil ich anrichten, spricht Christus, und erfüllen, nicht allein für *Matth. V,*
 meine Person, sondern auch auch dazu helfen, daß ihrs allhie an *17. Rom.*
 fahet, und immer darinn fortfahret, bis ihr dorthin kommet, da ihrs *VIII, 4.*
 auch werdet gang vollkommen erfüllen. dazu ist's von nöthen, von *catech. Ise*
 der Gnade zu predigen, daß man Rath und Hülffe finde, wie man *nac. p. 7. 10.*
 zu solchem komme.

4) Sæpe igitur in mentem incidit illud * Jo. Bugenhagenii: * in 1. ad
 si ipsa ratio aliquid rationis haberet, sic potius inferret: Si isti *Cor. p. 75.*
 (qui Lutherani cognominantur) damnant omnem iustitiam
 humanam: multo magis damnant iniustitiam humanam. Si
 enim, quæ bona iudicamus, mala sunt coram Deo: ipsa, quæ
 vitia & peccata iudicamus, magis detestanda erunt. Unde
 sequitur, omnia humana esse nihil ad salutem, desperandum
 igitur de nobis. Ita D. Pomeranus. Ita Lutherus sæpissime.
 Utinam analogiam hanc nemo in carnis fauorem deserat!

5) Miramur ergo iure, quod aliqui in hunc usque diem
 non desinunt nobis finem istius cantici, & finem partis pri-
 mæ in catechismo Lutheri (Gnade und alles Gutes allen, die

solche Gebote halten) sibi inuicem opponere, tanquam duo pugnantia.

Discretionem vtriusque, sicque etiam conciliationem sanam, ex ipso Luthero iam cordate ostendimus, in qua boni, quotquot sunt, acquiescent. Nec ægre nobis fecit (facere etsi quam ægerrime nobis voluit) qui superiore anno Vratislaviæ iterum edidit *Enchiridion*, den kleinen Catechismum, adiecta ad finem primæ partis quæstione: Kan man die Gebote Gottes auch halten? Antwort (D. Luthers) die Gesetze im Mose von der Liebe Gottes und des Nächsten, die wir Gott gehalten haben, und gibt darum seinen Gläubigen den H. Geist, daß sie es halten können. Loco ibi allegato, nihil reperitur eius, quod allegatur: sed res nobis non est ignota vel ingrata; nisi quod monemus quæstionem hanc indiscrete fuisse formatam. Affirmare certe id possumus omni iure, quod in quæstione: Kan man die Gebote Gottes auch halten? nihil nisi *indiscretio* status causæ, vtinam non ex præteriti, peperit vtrinque controuersiam. Nimis quidem lepide, nimisque etiam inconsulte, directe scilicet contra hymnum nostrum, in monasterii cuiusdam choro adpictum alibi ad parietes legitur: mit unserm Thun istts nicht verlohren, wir tilgen damit Gottes Zorn. Quam parodian, cum tanta *ambaluz* coniunctam, non approbabunt, credo, saniores in R. E.

II

Post duas hæc schedas visæ mihi Pragenses pagellæ sunt, ad easque & alias, quarum nomen non amplius succurrit memoriæ, responsiones: quibus commemorandis ideo non licet immorari, neque etiam operæ pretium fuerit. In manibus adhuc sunt tres plagulæ Pragenses, adpellatæ *Abwischung der Thranen*, ex quibus suaves sibi delicias fecit auctor des wiederholten Cath. Nicht Fehl: sondern wohl empfindlichen Gegenwurffs p. 32. 35. nobisque insultare ita valde sibi videtur; qui eo magis considerare nitentur in Deo Domino, non in Principibus. Vnum tamen ex iis Pragensen

genibus plagulis flosculum decerpo, quem ex olfactorio suo ad locum 2. Petr. III, 16. dignoscendum prebent. Wasrum läffet ein Vater oder Mutter ihren unmmündigen Kindern nicht zu, daß sie spizige Messer oder scharffe Schwerdter in die Hände nehmen, als dieweil sie ihnen oder andern damit leichtlich schaden könnten? ein scharff-schneidendes Schwerdt ist Eph. 6. das geschriebene Wort Gottes, womit die Ungelübter ihren Seelen höchstschädlich seyn können, wann sie dunkel und schwere Sprüche nach dem Buchstaben verstehen wollen: littera enim occidit, spiritus autem viuificat. n. 2. quos intelligant per ungelehrte, ita explicant: daß es unnöthig allen Idioten und Einfältigen, fürnehmlich aber den Weibs-Personen, solche zu lesen. Pro ungelehrte, rectius scripsissent ungelehrte, indociles, qui sunt in omni hominum genere, etiam clericorum: immo clerici omnibus seculis plus peruerterunt sacras litteras, quam laici, qui dicuntur.

De iis, quos unmmündige Kinder vocant, Christus longe iudicat aliter Matth. XI, 25. Ad obiectionem ipsam responsum iam fuit pluribus supra §. 17.

A M. DCC. Augustæ Vindelicorum Eustachius Eisehuet, Dominicanus, scripsit *Ex Vngue Leonem*, sub eiusque scripti finem vngues ostendit. Ach Gott! ingemiscens, wie ist es doch möglich, daß in die Länge solche Schmach-Brocken catholische Monarchen verfochen und erdulden können! Quas insidias Güntherus laudatus, aduersus quem vngues illius directi sunt, a se auertit noua protestatione, qualem Schæffero oppositam paulo ante vidimus. Borr. zur voll. Absertigung Eustachii Eisehuets, annexa dem Anfange an die Beschlus-Schrift. Ibidem p. 63. Eisehuetus edit insigne specimen pertinaciæ, quæ solet esse vbique in eiusmodi disputatoribus, quando exclamat: daß man Luthers schauder-mäßige Worte (es ist mit unserm Thun verlohren) mit der Väter Stell in etwas beschöneren will, ist gottlos.

obigen Stande betrachtet, auch in fide, als ein privat-Lehrer fehlen kan, auch nicht zu hören ist, wenn er zuwider Gottes Wort, und Meynung der H. allgemeinen Kirchen was setzen und reden solte.

Postquam præmissa sunt principia, attinguntur ipsa controuersa capita, sed perbreuiter, inflexo iterum subinde statu quæstionis. v. c. dogmatum professio incipit ex L. de concupiscentia, von der Erblust. Ich gläube, daß die Lust die Sünde gebietet Iac. I, 15. Doch ist Nichts, und also nicht diese Lust, verdammliches in denen, die in C. I. sind, die nicht nach dem Fleische, sondern nach dem Geiste wandeln und leben. Ob uns gleich die angebohrne Lust offters zur Sünde anreizet, so wir aber derselben widerstehen, kan sie uns nicht schaden. At Concilium Tridentinum, quod similiter inde, datis principiis, facit rerum controuersarum initium, *negat*, quod concupiscentia hæc, quam aliquando Apostolus *peccatum* appellat, (vt fatentur) vere & proprie in renatis peccatum sit. Quæ profecto contradictio & *negatio* summe adficit fundamenta agnitionis peccatorum.

IV.

Spicilegio nostro colophonem imponimus, parænesi illa commendanda nobis omnibus, quæ id temporis conspecta fuit in terris nostris, titulo: Wort der Vermahnung eines Pilgrims an sein Vaterland (it. Betrachtung der istsigen Zeiten, und wie man selbige anzusehen habe. incipit ea: Halte mir dieses Wort der Ermahnung zu gut, ihr Einwohner des Landes. Cuius Auctor, quisquis est, impleuit, si substantiam rei spectes, ut spectanda est, partes & boni ciuis, & veri Christiani; idque tam solando efficaciter Christianos, dolentes de detrimento Ioseph, quam peccata publica omnium ordinum proponendo quasi in tabula, cohortandoque ad maturam resipiscentiam. Eodem forte auctore, eundemque in finem prodit A. M. D. CC, Ernstl. Wahrnehmung derer gegenwärtigen Zeiten.

Edidi & ego A. 1699. sub nomine *Sinceri Evangelicæ* epistolam germanice scriptam ad Theologum *Saxonicum*, die ubi alte *Evangelische Lehre vom wahren lebendigen thätigen Glauben* betreffend, sub cuius finem vota quoque mea feci pro *Christianis magistratibus*, innuens humillime, in quam arduo negotio verentur ipsi, hodie non minus, quam olim maiores ipsorum, circa diiudicandas religionis causas. In hac epistola inter alia *sordes fecesque Papismi* deprehendisse se putavit alius (edita *confutatione* A. 1701.) tum in solenni dedicatione scripti istius, tum in tractatione ipsa p. 69. 100. 113. 114. 135. &c. *Confutatore* credo, si comparatiue loqui licet, minus peccasse, quam alios, qui vel post datas ex abundantia vindicias (ad §. 34. diff. de *harmonia fidei*, editionis tertiæ & quartæ) præcipitantiæ in damnando continuarunt. Hi omnes etiam ex *spicilegio*, (quod iam editioni secundæ disquisitionis præsentis accesserat §. 1.) sanam meam mentem poterant percipere. Poterant ex inaugurali mea, cuius supra mentionem feci §. 25. cuiusque ultimam nuper paravi editionem. Poterant ex apologia mea dem *Unfug* opposita A. 1693. p. 6. 7. 44. 87. 94. sq. 102. sq. 106. 111. sq. 129. Poterant ex tractatu *de Pathmo Lutheri*, itidem nuper, sed ultimo, adaucto. &c. Et quidem Princeps, cui dedicaui apologiam A. 1693. sequente anno præfens erat (non sine ædificationis testimonio) illustri colloquio de religione, cuius partem aliquam supra tetigi ad finem §. 22. Imo & Princeps ille maximus, cui inauguralem meam, ut inscriberem, obfrictissimus eram, nouit, quid constanter docuerim. Prima vice id dico, non mei causa, qui omnium indignissimus sum ac minimus, sed quam maxime in gratiam rei ipsius, ut sciamus, quid in *Papismi vere dicti* periculum coniciat ecclesiam, quidque minus, & ne in inane sint signa nostri temporis.

Hæc & similia, non verborum sed rerum testimonia, nisi velimus tandem reuocare serio ad animum, frustra tandem fuerint disputata, prædicata, consultata, dissimulata, omnia.

Vidimus enim ætate nostra tot tantaque signa, queis ad oculos omnium sese reuelauit diuina iustitia, vt nemo excusationem habeat, qui hac gratiæ periodo adhuc abuti velit. Vix Patrum nostrorum facta obserues tempore, quæ paucos intra annos nostros stupemus cumulata. Adeo incumbit diuina bonitas frangendæ duritiei nostræ! Dolendum vero est receptum illud grandeque cacoethes, quod culpa reiiicitur ab alio in alium. Theologi & ecclesiastici omnem fere vim mali referunt ad Politicos, & Magistratus: hi iterum ferram ducunt cum clericis: utrique tandem quiritantur de vulgo & populo: populus tam abiecto non est animo, quin ad vtrosque retorqueat corruptelarum fontes. Interea nemo considerat illud, quantum oportet, singulis in id nitentibus contra vniuersos, vt eximi noxæ, saltem capitali, videantur. Recte notatur vitiosum hoc effugium ad nouissimam editionem *Breuiarii Romani*, quo ad mensem Octobrem habetur vita Teresiæ (supra laudatæ §. 26.) cui dicuntur *Principes seculi* plerunque aduersari. Non enim *Principes seculi* erant, qui res Teresiæ *Inquisitioni* Hispanicæ subdiderunt: nec Principes seculi præ aliis impedimento fuerunt in rebus eius peragendis: nec Princeps erat, sed vnus si placet, e Confessariis, qui Teresiam iussit meditationes, in canticum Salomonis conceptas, in ignem proiicere; quia mulieribus tacendum sit in ecclesia (paullo ante §. 2.) T. 2. Obras p. 479. Recte ergo idem notatur, folius boni publici gratia, ad *elucidarium* quendam, quo *Magistratibus* opponitur sequeus *ἔγκλημα: penes ipsos igitur sit & maneat τὸ redde rationem*. Reddet sane Magistratus rationem, & iudicabuntur potentes potenter: sed non debebat auctor culpam ita ab suo deuoluere velle ordine. Non ita excitari Magistratus poterunt ad salutem publicam, melius vtique ab iis curandam: ipsi Deo, qui Veritas est, displicet eiusmodi *amor partium*. Alia plane opus est deprecatione, si impetranda est gratia. Murmuret quisque primum aduersus semetipsum: deinde ostendet Deus, quid porro monendum

dum

dum sit in aliis. Accusemus nos ipsos, & coniungant omnes ordines orbisque terrarum deprecationes suas. Abutantur hostes euangelii candore nostro, sed suo periculo: vtinam sequantur pœnitentiam nostram, qui oderunt nos, iique sæpe ex ignorantia. Agnoscent certe aliqui magis magisque, nec in perpetuum exprobrabunt nobis ingenuam confessionem nostram. Non est proditor ecclesiæ, qui domi suæ dispicit, nec indifferenter habet doctrinam euangelicam, qui abscedit ab amore sui ipsius inordinato. Non alius agnoscitur in Scripturis esse *vir sapiens sepe, & stans in fractura*, (der vor den Bisß stehe) quam qui, deposito fuce & mendacio, veritatem sincere & absque prauo respectu tuetur. Ezech. XXII, 30. Es. XXX, 13. XXVIII, 15. sq. LIX, 16. LI, 18. sq. LXIV, 7. Pl. CVI, 23. Videantur, quæ Lutherus monuit sermone illo aureo, von guten Wercken, ad præceptum 3.

Repeto hic ergo nunc sub finem, quæ in fronte posueram editionis secundæ: *nolite iudicare iuxta & ψυ, sed iudicate iustum iudicium. quæ enim seminauerit homo, hæc & metet.* Ioh. VII, 24. 48. Gal. VI, 8. & addo nunc: *Recordare igitur, VNDE EXCIDERIS, & μετανόσῃ* (und denke auch recht zurück) & *prima opera facias; sin autem minus, venio tibi cito & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris, & nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis.* Apoc. II, 5. Luc. XIII, 3. 5. 9. 26.

Menſe Ianuario A. MDCCXIV.



mnes
antur
inam
iique
sque,
effio-
i fuæ
cam,
igno-
tura,
lacio,
zech.
8. fq.
tfer-

eram
te iu-
Ioh.
, VN-
rück)
mo-
is, &

05 H 635

ULB Halle

3


004 219 35X



dd







B.I.G.

Farbarte #13

PAVLIANTONII,
SS. THEOL. D. ET P. P.

DISQUISITIO

DE

QUALITATE FVNDAMENTORVM,

ex quibus *Pontificii* ipsis PRINCIPIBVS
persuadere vulgo nituntur *Professionem fi-*
dei Tridentinae; postulata simul eju-
ratione Lutheranae, quam vocant,
sectae.

occasione scripti anonymi:

(Ursachen/warumb der Durchl.
N. N. Catholisch worden.)

anno M. DC. XCVII. divulgati,

In alma Fridericiana d. XVIII. April. M. DC. XCVII. publice primum proposita.



EDITIO VLTIMA.

HALAE MAGD. Typis CHRIST. HENCKELII, Acad. Typ.
A. MDCCXIV.